


# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reformstatuten des Augustinerchorherrenstiftes St. Peter in Waldsee 1492 u. 1495 - Cod. St. Märgen 4**

**[Waldsee], [um 1595]**

[urn:nbn:de:bsz:31-161063](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161063)



~~L. M. 2. Freiburg~~  
L. Margen 4

Die ... ..

7





**Prologus sup̄ statuta infra scripta**

**R**eligiositas custodiet et iustificabit cor.

Ecce primo **Statutis** Religionis denominatur  
a virtute quaedam morali quae dicitur religio, cuius of-  
ficiū seu actus est exhibere debitum cultum et cerimo-  
niam, aliquis offerendo vel faciēdo ad Dei honorem,  
ut. Sacrificia: oblationes, inclinationes, et huiusmodi.  
Fitur sumendo religionem p̄ illo statu, q̄ per emissio-  
nem p̄fessionis se subicit **Praelati** imperio, totum se  
dedicans deo: **Extra. de vo. ca.** Ex multo intelligit̄ aucto-  
ritas supradicta. **Derivat̄** autem **Religio** a religē-  
do, q̄ ultra ḡmiane legamen preceptorum dei, religio-  
sus est astricto vinculo votarum: **Vel** dicitur a relegen-  
do, q̄ sepe debet religiosus legere et meditari, quid debeat  
obseruare. **Dicit. n. Bernhardus** q̄ ibi homo cadit ra-  
rig: surgit velocig: purgatur citig: incedit cautig: ui-  
uit quietig: irrorat̄ frequentig: moritur confidentig:  
remunerat̄ copiosig: **Statu** religionis secundum  
**Thomaz. ca. ca. q. clxxxvi** tripliciter considerat̄.

**In** modo sc̄dm q̄ est quoddam exercitium tendendi.

In perfecti.

**A**

**2** In perfectionem charitatis. Alio modo scdm quod  
quietat humanum animum ab exterioribus sollici-  
**3** tudinibus. Tertio modo **Im** quod est quoddam  
holocaustum p quod aliquis se et sua offert deo. Et in his  
**1** tribus votis integrat' stat' religionis. Primo quidem  
quantum ad exercitium perfectionis requiritur quod alijs  
a se remoueat illa p que posset impediri ne totaliter affec-  
tus eius tendant in deum, in quo consistit perfectio chari-  
tatis. Alijmodi autem sunt tria. Primum quidem  
est cupiditas exteriorum bonorum, que tollitur p votum  
paupertatis. Secundum est concupiscentia sensibilibus  
delectationum, inter quas preullunt delectationis vene-  
rea, que excluduntur per votum continentie. Terti-  
um est Inordinatio voluntatis humane, que excluditur  
p votum obedientie. Similiter sollicitudinis secula-  
rium iniquitudo precipue ingeritur homini circa tria.  
**1** Primo circa dispensationem exteriorum rer', que  
**2** impeditur p paupertatis votum. Secundo circa gub-  
nationem uxoris et filiorum, que tollitur per castitatis.  
**3** Tertio p dispositionem propriam actuum, que tollitur p ob-  
edientiam.

edientie votum: **S**imiliter holocaustum dicitur cum aliq  
totum h<sup>ab</sup>et offert deo. **H**abet homo triplex bonig  
1 **P**rimium est rerum exteriorum, quia totaliter offert  
2 **D**eo per paupertatem: **S**ecundum est bonum p<sup>ro</sup>pr<sup>ium</sup> corpo  
ris, quod offert deo, precipue p<sup>ro</sup> votum castitatis, quod abre  
3 **n**unciat maximis delectationib<sup>us</sup> carnis. **T**ertium est  
bonum anime, quod totaliter offert deo p<sup>ro</sup> votum obedientie  
p<sup>ro</sup> quod h<sup>omo</sup> offert deo p<sup>ro</sup>pr<sup>iam</sup> voluntatem p<sup>ro</sup> quam homo  
utitur omnib<sup>us</sup> potentib<sup>us</sup> et habitib<sup>us</sup> anime. **C**onuenienter  
ergo ex his votis religionis statu integratur. **D**ns ergo alie  
obseruantie religionum, ordinant<sup>ur</sup> ad p<sup>ro</sup>dicta tria vota.  
**N**am labor manuum et mendicitas ad paupertatem. Vi  
gilia et ieiunium et disciplina ad castitatem. **A**lia exerci  
tia, ut lectio oratio, infirmoz uisitatio, ad obedientiam.  
**N**otandum vero quod in regula **S**cti Augustini que  
dam p<sup>ro</sup>supponunt<sup>ur</sup> ut substanti alia, ut omnia p<sup>ro</sup>cepta **D**icit  
ecclesie, et tria vota principalia, et obligant ad mortale  
transgrediendo. **Q**uedam apponunt<sup>ur</sup> in regula ut me  
dia et declaratoria, et illa determinant principaliter, qua  
liter p<sup>ro</sup>supposita debeant seruari, ut de rixis non habedis  
et iniurijs

25  
et iniurijs non faciendis, aut quam celeritate finiendis,  
p[ro] p[re]cepto charitatis seruando. **R. P[ro]posito** .i. Superiori  
obediatur, declarat modum obedientie. Quod **facinus**  
appetere uel appeti uelle criminiosum est: exornat uotum  
**Castitatis**. Sed maxime uidetur textu regule instare o[mn]i-  
ni p[er]fectissimam expropriationem in particulari: ut  
quod habeant victum sub uno cellarario: uestitum sub uno  
uestiario: libros sub uno librario: et quod nulli accipiant  
occulte literas uel quodlibet munus. **Alia** uero in regu-  
la apponunt, ut inuitatoria ad ornatum religionis; et  
ista non obligant nisi sicut op[er]a, ut illud. **Ternem** ue-  
stram domate z[er]o: et illud **Codices** singulis diebus petantur  
et huiusmodi. **Caveat** tamen **Seruus** Dei ut non ex con-  
temptu minima spernat. q[uod] s[ecundum] **Bernhardum**: **Contemp-**  
**tus** ubique damnabilis: Verum quod h[ec] constitutiones  
sequentes que non cadunt sub p[re]cepto diuino suos trans-  
gressores non obligant ad culpam sed ad penam temporale  
sunt taxat suspensariis arbitrio relinquendam. **Dispensatio**  
vero eorum, causa rationali exigente discretioni comit-  
titur. **Platoz**, quam sic moderari debent, ut non ueniant  
in leui

in leuifensionem aut abiectionem obseruantia regularis

**Alius prologus.**

**S**ic quia in carta per dñm Reuerendissimū  
 in xpō patrem ac p̄m̄. Dñm Thomaz Episcō  
 p̄m̄ constantiensem. Pontino p̄posito et Conuentū  
 Monasterij Scti Petri in Waldsee ordinis Sancti Hugū  
 stini canonicorum Regularium exhibita sit continentur.  
 Volumus statuimus et ordinamus: quatenus statuta et or  
 dinationes, que in nonnullis monasterijs Canonicoꝝ  
 Regularium bene ordinatis quantoties in hoc monasterio  
 transcripta habeantur: Reuerendissimū dñs P̄positus  
 una cum fratribus suis capitulariter et unanimi consensu  
 deliberarent ad statuta assumenda regulata et approbata  
 a religiosis patribus, scientia, uita et honestate fulgentibus  
 apud monasteria Sctę Dorotheę et Diernstam Patu  
 ensis Dyoc: praxim exercitata: Demum etiam statuta  
 monasterio Nouelle Brixien: Dyoc exhibita et per  
 Reuerendissimū ac Doctissimū Nicolūm de Casa re  
 lictissime recordationis Cardinalem et Episcopum Brix  
 iensem examinata et approbata: Nos igitur fratres  
 Ratheg.

Natho et Georgio p̄fessi monasterij Nouelle postula-  
ti et instigati et ex mera obedientia Domini p̄lati no-  
stri et sollicitudine Conuentus eiusdem. hūmeris nostris  
ongraue inpositum. Zelo caritatis suscepimus. Ono.  
inspirante iusta et rationabilia statuta, scdm̄ loci  
temporū et personarū exigentiam, tam in spiri-  
tualibz quaz in temporalibz et corporalibz fabricemz  
ex carta om̄i Reuerendissimi oblata et statūtis prae-  
mentionatis.

**Incipiunt Statuta Monasterij S: Petri  
in Waldsee Constantiensis Dyoc. Canonico-  
rum Regulariū. Capitulum primum  
De horis canonicis et diuino officio.**

**O**fficium diuinum In iusta et canonica  
horis quantum fieri potest vno ritu pa-  
ceatur. Vt autem p̄missa ordinatig fiant  
diligentz ordinate ut libri chorales et omnes  
alij, diuinum officium gementes, conuati sint. et con-  
formes ordinationi rubricę, ne falsum uel apocriphum  
legatur vel canter in officio diuino: Psalteria quoq;  
sint

47

Sint confirmata gmnium vsui et translationi, debitis pausis  
distincta. **Antiphonarj Gradualia, Hymni et huius**  
modi rubrica regulentur, ut intonantes uel cantantes fa-  
cile apprehendant debitas pausas. **Similiter et Respon-**  
soria ad horas, toni cum differentijs, melodia legendi **Euā-**  
**gelia, Epistolas, Lectiōnes, Collectas, Capitula, et modj**  
psallendi sub concordia nota habeantur, ne in pmissis error  
aut variatio in futuris de facili contingat. **Bene-**  
**dicamus in vesperis et matutinis, Kyrie<sup>m</sup> cum Gloria**  
in excelsis, et **Te missa est.** similiter scdm differentiam,  
festorum ordinate gscripta sint, ut faciliter sciatur, quid  
quolibet die cantandum sit: **Symbolum et psationes**  
et pater noster usq; ad finem scdm qualitem festorum,  
cantentur. **Insuper ne facilis contingat** varietas diuinis of-  
ficij, puidendum est, ne absq; consensu maiorum aut sani-  
oris partis, fratres festa, suffragia specialia, aut aliam  
ordinationem assumant scdm antiquam rubricam. Pter  
dispositionem iam assumptam, videlicet rubricam constanter  
nisi p diocesanim aliter ordinetur. **Qui tenentur**  
**ad horas Canonicas Capitulum Secundum**

**H**ora canonice instituta sicut ab eccle-  
sia ut dicantur ad laudandum Deum p.  
beneficijs suis, ad quas revera omnes clerici p̄cipue  
religiosi tenentur, quorū religio ad actū vite contempla-  
tiue est instituta et p̄ ecclesiam confirmata et hoc  
ratione sue p̄fessionis, quia non solum sunt instituta  
huiusmodi religiones ad orandum p̄ticulariter p̄ se, sed  
et p̄ vniuersali utilitate ecclesie fidelium. Ad huiusmo-  
di autem orationem sc̄z fiendam, in p̄sona totius populi  
xp̄iani p̄ utilitate omnium, sunt instituta hora canonice.  
Hac Gansfordus in primo quodlibeto. Augustinus de anco-  
na in Sum. de p̄ta. ecclesiastica dicit omnes religiosos  
etiam conuersos teneri ad horas. Nouitij quoq̄, quia ḡn-  
dent privilegio clericali, et in Monasterijs bene reforma-  
tis, eandem quasi p̄bendam habent, quam et p̄fessi, si-  
militer tenentur ad horas complendas, maxime cum habe-  
ant singula p̄bari que spectant ad religionem, alias  
ex negligentia omitendo peccarent mortaliter p̄cipue  
p̄fessi, quia eo ipso quo applicati sunt totaliter dei ha-  
bent beneficium interpretatiue, sc̄z viuendo ex elemo-  
sinis iud.

5  
suis uel de redditibus monasterij uel de quæstibus, qui de  
contendunt ab ecclesia ratione applicationis ad cultum  
diuinum. Hæc ille. **I**dem tamen Petrus de palii: in q̄to.  
**I**tem quicumque quis obstinatus existat, persoluerede  
bet horas canonicas, et satisfaciat precepto eccle sic dicendo  
debito, et malitia eius non impedit fructum orationis ad  
populum, quia hoc non agit ut persona priuata, sed ut  
minister ecclesie, que semper est immaculata et grata.  
**D**eo: **I**tem nec excommunicatus nec depositus deobligatus  
ab horis dicendis, et hoc ne commodum reportet de mala  
suo. Hæc omnia Petrus de palii. **I**tem religiosus p̄fessus  
dimittens aliquam horam ex industria, uel ex negligentia  
sua delicta peccat mortaliter, quia precepta eccle  
transgreditur. xiii q. i q̄ precipitur. **S**i autem omiserit  
p̄pter aliquam necessitatem, puta p̄pter defectum uisus  
uel carentiam libri, uel infirmitatem grauantem eum, nō  
peccat mortaliter. **Q**ui uero ex obliuione dimittit p̄ter  
non peccat mortaliter. **N**ō tamen qui recordatur, omittere  
omissum alias peccaret. **D**e modo surgendi et  
**diligentia in diuino officio. Cap. tertium**

**A**eternis temporibus audito signo matutina  
li statim exurgant fratres sine mora, signo  
crucis se muniant, sub **S**cte trinitatis invocatione, ca  
uentes summorum in omni loco quibus orationis vel labi  
orum motu aut sono uocis aut alio strepitu uel alium  
in oratione impediat, ingressi; chorum summa cum  
diligentia, humilitate et honestate laudes Deo referant  
in conspectu angelorum eius, excutiant torporum, somno  
lentiam, cogitationes, et fantasias inuiciles, sicut me  
mores **P**resencia Angelorum, atque superne gratie, que  
semper preesto est, pure ac deuote orantibus, timeant  
fontentire illius periculum quod dicitur. **M**aledictus homo  
qui facit opus Dei negligentor. **Q**uo contra **B**ene  
dictus qui opus Dei diligentor compleuerit. **E**t cum fleg  
ma quis excreauerit, ne alijs vertatur in nauisam,  
caute purgat et conciliet, ut inde vestimenta ad ora  
tionem incumbentium non sordident, quod ubique locis  
seruari ab omnibus honestum est.

**C**apit: quartus **D**e disciplina intr  
mundi et exiundi Choriz & orationis

**Q**uando vero fr̄s ad officium diuini exple-  
dum chorū intrant, in medio nudato capite  
omnes scdm ordinem reuerentē se inclinent, sicq; ad lo-  
ca sua vadant. Cūq; Ppositio uel cū gmisert, sig-  
nūm fecerit, cunctis in loco suo consistentib; inclini-  
uel pstrati super formas, sicut temp; exigat, Dominica  
orationē dicant sub quā, et ofusione in prima et Com-  
pletorio, nulla stalla intrando alios inquietet, sed pro  
formam pmaneat usq; ad finem orationis: finita  
oratione Dominica, ante inceptiōem Cirsy uel hore  
regularis, cū Cirsy omittit, expresse dicat hebdo-  
medarij. *Aue Maria gr̄a p. d. t. Conuentū respon-  
dente. Benedicta tu in nū: et. be: f: v. tui Iesus x̄g  
Amen.* Et cūm dicat. *Deus in adiuto: m. intende.*  
singūli se signo crucis mūniant. Similiter et pollice  
crucem ori imprimant, cū in matutinis dicit Dñe  
labia mea aperies. Si quis absq; sufficienti causa tarda-  
uerit venire, stabit in medio incling, quousq; superior  
sibi signūm fecerit eūdi ad locū suū. Absente tamē  
Prelato uel Decano, fr̄s non diū permittant stare.  
Et in

Et in presentia laicorum huiusmodi statio omittatur.

Exeundo autem chorum, similiter in medio chori  
versus altare fiat huiusmodi inclinatio et demudatio  
capitis a iunioribus incipiendo, sine totius conuenty

creat sine vno solo, fiat talis inclinatio in medio chori.

**De modo psallendi et venie petitione. Cap. 5<sup>m</sup>**

**H**ic Canonice, distincte et clare, cum debitis pau-  
sis, exclusis clamoribus et discantibus, tam legen-  
do quam cantando deuote psoluentur, ita ut dum

psalmi cantantur, fiat pausa in medio versu ut plenum site-  
rium, facile aduerti possit. Et vno versu cantato, statim  
sequens subiungatur, ita ut cuiuslibet versu ultima sylla-  
ba ab utroque choro perfecte audiri possit. Si quis autem

in choro errorem seu negligentiam commiserit, humiliter  
terram manu tangat: tempore vero precum osculando for-  
mam, veniam petat: Dormitantes autem in diuino offi-  
cio, a primis excitentur, modeste tamen, quod si noluerint  
arquiescere, sed indigne ferre, in capitulo cuparum perclame-  
tur: Libri munde tractentur: Lucibula et candele debito  
tempore disponantur.

De sessione.

## **I** De sessione et statione in choro Ca: vii

**N** omnibus itaque horis canonicis fratres sedeant ad primus psalmum, et ad secundum stent, et sic deinceps. Ad magnificat. Nunc dimittis. Te Deum laudamus. Benedictio Domini. Ad Gloria in excelsis. Ad Capitula. Ad euangelia etiam in matutinis usque ad decadam lectionum, et ad Gloria patri semper stare solemus: In matutinis sub lectionibus et responsorijs sedere possunt fratres usque ad Gloria patri. Intonantes vero antiphonas et versus cantantes semper stent. In vigilijs mortuorum sedere solemus, ad omnes psalmos, responsoria, et lectiones: In missa sollemni sub epistola, Tractus, Graduali et Frequentia, fratres sedere possunt. Ad Alleluia vero et deinceps omnes stent uel prosternentur, prout tempus exposulat: Ad placabo et ad cursum beate virginis psallendo sedemus.

## **I** De inclinationibus et genuflectionibus Ca: viii

**I**n omni Regulari cantu, et cursu chori, cum ad Gloria patri uentum fuerit conuertat se choro contra chorum, et se omnes ob reuerentiam Sancte Trinitatis usque Sicut erat inclinent. Similiter faciant in omni

in omnibus extremis versibus **A**llymnonum et in penultimo  
uersu cantu trium puerorum. **I**tem quando cum Inuitatio  
culm in matutinis incipit. Conueniunt se ad altare conuer  
tat, et ita usque ad Gloria patri stabit. Ille vero qui cantat  
Venite exultemus, antequam incipiat Inuitatorium, reueretur  
se inclinet, alijsque ad Gloria patri inclinantibus, ipse ut cepit  
ita persistat, stans in loco suo, finitoque Inuitatorio, iterum  
se inclinet, et sic deinceps ut alij stare debet. **V**enerabiliter  
vero quicumque singillatim antiphonam, responsorium, seu  
versum, intra regularem horam inceperit, uel lectionem, ca  
pitulum, uel collectam legerit, ante et post inceptionem In  
miliato corde et corpore. **D**eo Reuerentiam exhibeat. In  
summis festiuitatibus, illi duo, qui simul cantantur sunt  
in medio chori conueniant et ad illum modum, qui paulo  
ante de uno cantante dictus est, similiter obseruent. **I**tem  
per totum annum in regularibus horis, quando praesentia ha  
bent, ad eas genuflectant. **I**dem ad orationem Domini  
can. **A**d Confessionem in prima et completorio. **A**d primam  
collectam, in horis canonicis, ad omnes quoque collectas  
Cursu Beate Virginis, Vigilijs et plarebo, et hoc inferijs  
et trium

et trium lectionum diebus, plenum non habentibus officium.  
excepto tempore paschali. In plenis autem officiis et in  
lectionum diebus et similiter trium lectionum diebus, quoniam pre-  
ces onerantur, ad predicta statim inclinantes. Item in Missa  
ad primam collectam et eius complendam semper inclinandum  
est. Similiter in quadragesima ad Collectam super populum.  
Et si die collecte simul habentur in Missa idem fit nisi  
Rubrica exprimat fore flectendum. Similiter fiat in ho-  
ris canonicis, Cursu Beate Virginis, ad primam Collectam  
et in Agenda mortuorum, quoniam est inclinandum. Sed quoniam  
est flectendum, tunc in horis Canonicis ad unam tantum  
collectam. In cursu autem et in Vigiliis ad omnes flectatur.  
Sunt autem inclinationes in triplici differentia: Nam  
quidam dicuntur maiores, et hec fieri debent tam profunde  
ut inclinans facile manu tangere possit genu suum, et sic  
semper est inclinandum, ubi statuta in Ecclesiis, Dormitorio  
et Refectorio docent fore inclinandum. Alii sunt me-  
die inclinationes, que fiunt cum humeris et Capitis incli-  
natione, et sic inclinandum est Cum Gloria in excelsis  
Cantatur Adoramus te. Gratias agimus. Et in Venite ad  
remy

remy et p. ante Deum. Et in Te Deum Laudamus. Quis  
precioso Sanguine, et cum altaria preterebunt, atq; in  
magnis sacrifici Beate Virginis, et ad nomina **Is**  
**Naria**, qm in cantu missie et horarum audiunt.  
Anime sunt que sunt sola capitis inclinatione. Sic in  
clinandum est, ad nomina **Iesus** e **Maria** qm extra horas  
et missam audiunt. Flectendum etiam est ad **an** **Veni**  
**Scti Spiritu**, usq; dum canit, et tui amoris. Item in altu  
**Veni Scti Spiritu**. Item in quadragesima in introitu **Mise**  
veris omnium, usq; ppter penitentiam. Idem in Introitu  
In nomine **dm**, usq; et omnis lingua. bina vice, sicut et  
bis canitur. Idem in Annunciatione **B. V.** cum canit  
in **an**. **Hodie** deus homo factus est. Idem in tractu in  
Versu **Adiuua** nos deus. Idem in collectis missae cum dr.  
Flectamus genia, usq; dum dicit **Reuerate**. Idem in **Nim**  
no. **Veilla** regis ad versum. **I** crux aue. Idem in **An**  
**Media** vita, quando canit **Scti** deus, usq; ad amare ma  
ris. Idem in sequentia **Scti** Trinitatis. **I** Adoranda  
trinitas. et atq; de corpore Christi. **Scti** panis angeloz.  
Idem in sequentia **B. V.** **Audi** nos. et **Salua** nos. Item  
quidamq;

9  
quandocumq; corpo xpi eleuatur: et haec omnia in choro  
fienda sunt, siue vno siue plures ibi existant. Item qu  
incipiunt genuflectiones p̄dictae p̄terq; ad p̄ces et ad oēs  
orationes, omnes nudent capita sua. Similiter faciant  
ad Euangelium, et cum solo uel cum alio incipit, cantat  
uel legit in choro. Item cantans missam, plures co  
operire potest caput: usq; ad Euangelium, sed tamē  
omnia q̄ ad missam pertinet legat capite nudato.  
Similiter et ministri, cum seruiunt Sacerdoti, caput  
possunt, quotiens tamen prespiter se ad populum ver  
tit, caput nudare debent. Item in **Salve Regina**  
et **Regina caeli**, omnes genuflectent usq; ad finem:  
Sicut moris est nudato Capite. In Refectorio ad be  
nedictionem mensae et post Refectionem ad gr̄as usq; ad  
receptionem p̄si Misere mei Deus Et cum post gr̄as  
dicit **Benedicite** Deus det nobis suam pacem Et quando  
in Conuentu soluitur **Silentiū** p̄ uerbum benedictae, simi  
liter omnes capita nudent: Item oēs aliae genuflectiones  
et prostrationes ex bona consuetudine introductae seruā  
ri possunt.

## Capitulum Octauum

De rectorib;

B

## De rectoribus et lectoribus chori

**I**n quolibet choro sit unus rector per hebdomadam in senioribus incipiendo usque ad minoris eandem Proposito et Decano exemptis. Hebdomadarii etiam Regionem pertransseat, suppleat tamen postea quae totis, quod omisit. Rectores in Summis festiuitatibus sint duo, post Decanum Seniorum. In alijs vero diebus minus sollempnibus, similiter sint duo, quos ordo tangit. In privatis autem diebus, et inferijs trium lectionum, unus sit rector communis. Rectores in Summis festiuitatibus in primis et secundis vespere in cappis regant, et in officio missae, et psalmis. Agnificat et Benedictio, et suffragia si occurrunt incipiant: Idem faciant rectores mediocrius sollempnitatum exceptis secundis vespere. In secundis autem vespere festorum mediocrius ac alijs diebus tam in vespere quam etiam in alijs horis in differente, rector chori in quo antiphona imponitur, incipiet predicta omnia. Cum in vespere habetur responsum, ambo simul incipiant ipsum, et hoc tamen bene habeant. Versus  
versus

ambo pariter et ad nouem lectiones cantent. Sed in  
 aduentu Domini et in quadragesima in feris. vni tu  
 cantat versum. Item lectiones matutinarum et vighi-  
 arum, legantur secundum ordinem incipiendo a iunioribus.  
 Et si quis fuerit defectus personarum, vng poterit plures lectio-  
 nes legere. Lector autem ante et post inceptum lectio-  
 nem, reuerenter se versus altare inclinet, nec lectionem  
 incipiat, donec stalla dimittatur fratres infra sacro-  
 dotium coram pedagogo suo, tempore poty nonarum, p-  
 legant lectiones in choro legendas. Verens etiam est  
 ut et presbiteri plerumque lectiones suas quibus hoc minister-  
 ium fuerit, ne contingant errores et scandala. Sint  
 autem quotidie etiam in priuatis diebus duo ministri  
 altaris, vng legens epistolam, alij Euangelium, suffi-  
 cit tamen vno patrop, si copia fratrum deest.

### De Hebdomadario Capitulum. ix.

**H**ebdomadario diuini officij nullus sacerdotum  
 preter dñi Prepositum et procuratorem o-  
 mittat pagere, sed p vicis transeat, a seniore vsq; ad iu-  
 niorem sacerdotem. Quando vero quis impeditus, ne-  
 quit offi.

requirit officium ebdomade suae, in suo ordine perficere, se-  
quens cum officabit, et postea cessante impedimento sup-  
pleat quod neglexit, exceptis hijs, qui infirmitate impediuntur.  
Eodem fiat de ceteris officialibz chori et ministris altaris.  
**S**i vero hebdomadarius a sola missa impeditur tunc p se  
subroget alium, p missa cantanda: sed chorum in alijs  
p se officium non omitat: **P**rovideat deniqz diligentia  
ne in divinis officijs aliquam negligentiam committat  
vel aliter, quam brevitrium habet, cantet vel legat. Ca-  
pitula ad omnes horas et collectas ad horas minores, di-  
cat stans in stallis suis sub nota iam consuetis. **A**d prima  
et Completorium Capitulum, preces et collectas, dicat absqz  
nota: **A**d matutinas et ad vespas, dicat collectas in me-  
dio chori, cum nota: **I**n fine quoqz summe missae, post  
ultimam collectam, semper adiungat hanc clausulam  
**E**t famulos nostros antistitem et reges nostros, cum omnibus  
ipsis commissis ab omni adversitate custodi, et pacem hi-  
am nostris concede temporibus, et presta nobis salutem  
vite consumationem. **P**er dñm x̄p̄ excepta missa defuncto-  
rum, et quando habetur collecta **P**ietate x̄p̄ Missam  
conducit.

conventualem seu summum officium hebdomadary cantet  
Et si occiderint duo officia una die cantanda, ipse illud de quo  
hunc canonice habet cantabit: Aliud expediat primis  
varans, nisi unum illorum ad prelatum pertineat, quia  
tunc aliud hebdomadary persolvat. Sacerdos publicam  
missam cantaturus moveat extra chorum illig hunc quam  
officium sequitur ad se preparandum, ministri vero sub tertio  
psalmo exeant. Sal et aquam dominicis diebus benedicat  
plebani.

**Quibus diebus propositus vel se-  
nigr degenus debeat officiare. Ca. x**

**P**ropositus in summis festiuitatibus omni-  
bus officiat. potest etiam alijs diebus can-  
tare summam missam, cum sibi placuerit. Sit  
etiam continuus in celebratione, quantum cura rei fami-  
liaris admittit et causa legitima non impedit. Dñs de-  
cantat in mediocribus festiuitatibus preter Apostolorum  
cantabit summam missam cum omnibus horis cano-  
nicis totius diei exceptis secundis vespers: Officiabit etiam  
pro Dño prelato in choro, quando Dñs prelati cantat  
officium, exceptis primis vespers et matutinis. In solle-  
mnitatibus

mitatibz Natiuitatis Domini Pasce et Penth. prima  
die dñs Praeposito v. v. die Decand. 3. Semor of  
ficiabit summum officium. Capitulu. xj.

## De Cerimonijs in officio Missae

**I**n summis festis, ppulsationes habeantur ut  
moris est, et cum ministris diuinum officium  
peragatur: Et si sit ibi copia psonarum, taliter per  
datur ad missam: Primo duo acolyti, vel duo sco  
lares ferentes terros accensos, deinde alig nicensium  
portans superlucis et zappa induty, deinde subdiaco  
ny cum textu euangeliarum. Demiteps Dyacono tali  
tem deferens, Ultimo Sacerdos. Nō venientes ex hanc  
Stia ante altare, ministri cum candelis ad cornua  
gradus inferioris: subdiacono a sinistro et diacono  
a dextro latere sacerdotis stabunt. Et tñ duo cum  
Sacerdote gfeSSIONem dicant, quia dicta, accedant  
ad altare, et ibi subdiacono, textum Euangelij in  
sinistra parte altaris sacerdoti porrigat ad osculandū  
postea vadat ad locum suum. Dyacono vero pparat  
calicem et exponat corporale tempore debito, et ad sin  
gula re.

quæ respondenda respondeat Sacerdoti Subdiacony  
 uero semper uniformiter stabit iuxta altare: In prepara-  
 do calicem Subdiacony porrigit Sacerdoti ampullas: Pre-  
 parato Calice Sacerdos si placet pergat ad sedendum, quoniam  
 cantus est plerumque, ministri uero iuuando vadunt ad hoc.  
 Ad legendum Euangelium Diaconus petat benedicti me-  
 dicando. Tunc Dominus benedictio. Infrunte Sacerdote Dominus  
 sit in corde tuo regem, quo facto surgat et in medio altari  
 craterem faciat et osculetur, sicque vadat ad Euangelium lege-  
 dum. Et cum dicit Sequentia Sæti Euangelij, textum  
 euangelij craterem signat, postea fructum, ut ostendat se disci-  
 pulum illum fore qui craterem per totius mundi salutem porta-  
 uit. Deinde os et perit, ut omnis uana et immunda  
 cogitatio ab eis corde pellatur: Habentem etiam disci-  
 ture, cum Euangelium legitur ex utraque parte Diaconi,  
 unus a dextris et alius a sinistris: Subdiacony quosque in-  
 consim habens, micret Diaconum cum respondet Glo-  
 ria tibi domine, stans sibi a sinistris. Idem faciat circa  
 finem Euangelij, deinde micret officiantem, postea va-  
 dat ad locum suum: Diaconus finito Euangelio osculetur  
 librum.

librum deinde porrigat eum sacerdoti ad osculandum.  
**P**ostea dicto offertorio, maxima cum diligentia ad do-  
minici corporis et sanguinis misterium seruetur.  
**A**laronq[ue] fundat **S**acerdoti aquam ad lotionem manuum.  
**S**ubdiacono coaptet sibi pannum mundum ad tenen-  
dum patenam in loco suo: **D**yaconus cum **S**acerdos se  
preparat ad oblationem a latere eius dextro stabit, re-  
uerentur inclinans, et calicem cum patena super al-  
tare tenens, porrigat **S**acerdoti, **S**acerdos signum  
crucis super oblatam faciens dicit. **I**n nomine patris  
et filij et spiritus sancti, ut moris est. **P**ostquam **S**acerdos  
deposuit hostiam de patena **D**yaconus iterum inclina  
teneat calicem ambobus manibus et osculando pedem  
calicis, porrigat eum **S**acerdoti, deinde patenam subdi-  
acono, quam accipiens, panno mundo cooperiat, sicut  
coopertam in dextera teneat in loco suo, usq[ue] dum **S**acer-  
dos cantabit. **P**anem nostrum etc. **F**acta oblatio-  
ne **D**yaconus porrigat **S**acerdoti incensum, qui incenset  
oblatam p[er] medium crucis, deinde circum altaris, de-  
mum p[er]sequatur **S**ecretam et cetera ad **C**anonem p[er]tine-  
ntia

13  
tia cum diligentia et deuotione ut expedit. **A**d eleuati-  
onem ambo ministri flectunt genua ppe sacerdotem,  
casulam simul leuantes, completaque eleuatione reuer-  
antur ad loca sua. **D**icto vero panem nram cotidie  
anum **D**yaconus recipiat patenam subdyaconi, et por-  
rigat eam **S**acerdoti ad osculandum. **D**einde **S**acerdos  
agat ut in missa **P**riata. **S**umpto **S**acramento cali-  
cis **S**ubdyaconus fundat ad ablationem, **D**yaconus por-  
tet librum ad dextram altaris, componatq; corporale et  
subdyaconus calicem. **I**te missa est, cantet **D**yaconus verte-  
do se ad populum, non autem se uertat cum cantet **V**ene-  
dicamus uel requiescant in pace, finita missa, eodem mo-  
do intrent sacristiam quo exierunt, et descendentes de al-  
tari flectent omnes simul genua in gradu inferiori, subdy-  
aconus a sinistris et **D**yaconus a dextris sicq; recedant:  
**I**dem ordo amministrandi seruetur, quando dno ministrat  
in diebus non sollempnibus, absq; tamen thurificatione, et  
ceris accensis ad **Q**uangelium. **Q**ualiter  
se habere debeant sub officio **M**ysse  
**fratres Capitulum xij.** **D**  
**F**ratres

**F**ratres conformiter se habeant sub officio mis-  
se, iustando flectendo et sedendo, orationibus et  
meditationibus insistant, cum non habeant can-  
tare p̄ choro: libros p̄ tunc non legant, exceptis  
mensis et predicatorum populij. Quando aliquid con-  
tuitatur, omnes cantent: Quando lectiones Epistolae  
Euangelium ne Collectae leguntur, ita illis intendant,  
sicut illis sermonibus uel exemplis, quia ad vitam eternam  
debent reformari. Et cum Respondet: Gloria  
tibi Domine, Omnes se signo crucis inuicant in fronte  
ore et pectore. Post Sanctus in plenis officiis usq̄  
altare stant usq̄ p̄ omnia secula seculorum. Similiter  
et in nouem lectionum diebus, et a Pascha usq̄ ad octa-  
uas corporis xpi, in supra dictis diebus a Patre noster  
usq̄ ad Pax Domini, p̄ fundis inclinamus choro ultra  
chorum. Quibus uero diebus a Sanctus usq̄ ad Pax dñi  
prosteramus nos sup̄ formas. Item si duae missae uno  
die cantantur, genuflexio post Sanctus, uel inclinatio  
sub patre noster, usq̄ ad Pax Domini, solummodo in illa  
fiat quae p̄ publico officio tenetur, uidelicet sic ut in pleno  
officio

14  
officio inclinetur, incertis fluctat: et haec omnia  
in choro fiant.

**De Capitulo quod  
diano post primam. Capit: xiii**

**P**rocessus sibi Capitulum quoddianum secundum  
breviarium in choro perficiatur, modo consueto. Nil-  
tum nisi super salutem et rationabile videtur, quod palta  
et quicquid illa videtur. Tu autem domine rex statim  
per lectorem subiungatur. Abijt multitudo fidelium. Ad  
quod presidens. Requiescant in pace. Amen. Deinde  
ps De profundis clama: Requiem eternam rex Animas  
de corpore quas rex Ayre: r: t: Pr m. Officiarius:  
Et in nos: ps. A porta inferi: ps. Dne exaudi ora-  
tionem rex. Dremg: Absolve ps domine animas frim  
nostrorum et sororum, benefactorum, parentum et om-  
nium fidelium de profundis ab omni vinculo delictorum ut  
in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent  
per xpm dm nrm. Cetera ut consuetudo habet, et hoc  
quodidie per totum annum perceptis tribus diebus antepasca  
Sabatinis diebus, post purificationem mortuorum, sumi-  
liter lector dicat. Abijt multitudo fidelium. Deinde procedat  
ut supra.

ut supra. De Cursu Beate Virginis et Agenda seu Vigiliis mortuorum. Cap. xiiij

**Q**uod in Beate Virginis p totum annum in choro dicatur, modis et temporibus hactenus consuetis, cum debitis pausis et distinctionibus: Insuper volumus ut qui ipsum in choro dicere, etiam excusa rationabili, excepta infirmitate, que legem non habet: q extra chorum unquam p solvant sup conscientia sua, ne de abstinencia suam, commoda reportent: Agenda quoq mortuorum, seu vigiliae, et Anniversaria benefactorum, et missae atq fundationes alie, fideliter et sine diminutione expediantur. Partim duas missas quotidianas, benefundatas, videlicet genealogiae Beate Schaden, que translata est tempore visitationis cum scitu et voluntate sup dictae genealogiae Schaden, de ecclesia Scti Joannis ad vocam Ecclesiam, ad Altare Scti Nicolai in mane legenda ut patet in literis remissis. Secunda missa est que etiam in sup dicto Altari S: Nicolai post primas legitur, et Appellatur Comaderin que etiam

15  
Nona tenenda etc. Item alia missa fundata et co-  
muni in hospitali in auro legitur p. seculares.

Sacerdotes persoluant. **De Confessionibus sem  
generalibus et particularibus et diligentia g-  
fessorum et de casibus reservatis Pposito. Ca. xx.**

**P**relatus sollicitus sit ut tam ex parte confitentium  
quam confessorum, fiant confessiones fructuose.  
Constituat ergo tot et tales confessores, qui sufficienter et  
possint conscientis fratrum sibi confitendum, pte pari-  
ter et pde se, et his solis ceteri confiteantur. **V**relatus  
etiam cum sibi vacat audiat fratres sibi confiteri vo-  
lentes, signanter tamen bis in anno videlicet In ad-  
uentu Domini et in quadragesima, audiat confessi-  
ones singulorum, etiam conuersorum, et hoc culpationem  
notabilem commissarum a prima generali confessione  
sibi facta, nisi causa legitima impediente, aliquando ali-  
ter faciendum deliberauerit. **R**abeat tamen casus p-  
soni tempore specialiter reservatus secundum **C**anones,  
aut etiam alios prout iudicauerit conscientis fratrum me-  
lius expedire, et de his atq; de modo remittendi frs ad  
s. p.

se p auctoritate debet Confessores bene informare,  
**P**rincipales casus reservandi sunt, qui apud secula-  
 res omnino auctoritati Episcopali reservandi conse-  
 tur, et in rebus, peccata contra substantia rati-  
 le omnia videlicet. Proprietas, Intemperantia, In-  
 obedientia, Conspiraciones, egressus de monasterio sine  
 licentia, missio aut receptio occultarum litterarum  
 seu manuscriptorum, revelatio secretorum Capituli q  
 esse, aut ppter preceptum celanda erant, ceteris similes  
**E**xpedire tamen videtur ut Prelatus cui Confessionem  
 vel pluribus vicis suas committat si confessor aliquando  
 ppter aliquam necessitatem, minime tamen, vel ppter absen-  
 tiam Plati, vel ppter aliquam causam rationabilem  
 indicaverit fratrem confitentem, non statim remitte-  
 dum esse ad Prelatum, et Confitens imporet exorere  
 aliquem alium Sacrum, quod tunc talis Confessor ab-  
 solveret eum etiam a vinculo excommunicationis, si  
 interisset, et ipse Confitens postea, habita opportu-  
 nitate huiusmodi casum etiam Plati suo Confitatur.  
**V**bi advertant Confessores, quod quotienscumq; qd  
 absolventes

16

absoluenoq; est ab excommunicatione, et ceteris suis peccatis, semper Absolutio ab excommunicatione, precedat absolutioem a peccatis, quia illa absolutio a peccatis videlicet, est Sacramentum, quod non debet impartiri excommunicato, nisi prius fuerit absolutus ab excommunicatione. Unde Prædicitur, ut Confessores sciant debitas formas utriusq; absolutionis: et quibus modis atq; personis debeat exhiberi, ne per errorem se mittant de casibus istis, ad quos se potestas eorum non extendit: Sint ergo Confessores vigilantes in attentione, benigni in compassione, et Circumspecti in consultatione, summo Caventes, ne ex eorum culpa, ipsi confitentes in sua devotione perturbentur: Et si contingeret, quod absit, aliquem confitentem, adhuc habere complacentiam de liberatam, in aliquo mortali, aut non pœnent caute ab omni mortali in futurum, aut alia de causa, non fore dispositum ad absolutionem Sacramentalem suscipere. Jam, ipsum nequaquam absoluat, etiam si postulet absolutionem: sed sibi suadeat, ut differat, quousq; melius disponatur ad veram contritionem, licetq; sibi periculum pœnitentia

annūceret, et peccatum, si indigne suscipere absolūtionē,  
ipsūq; hortetur ad orandum deum p̄ grā vere compuncti-  
onis, et in communicet in tali et alii. **C**onfessor tamen.  
Caveat, si huiusmodi casus occurreret, ne revelet p̄sonam.  
**S**ūmme etenim cavendum est Confessori, ne unūq; dicitur  
vel indirecte, in generali vel particulari, possit haberi  
in sermone vel alio modo percipi, per quod persona sibi  
confessa valeat de culpa sua notari, quia secus faciendo  
graviter peccat: Nec debet in speciali aliquem cuius  
confessionem audiuit, de Virginitate, vel innocentia lau-  
dare, et hoc ne de alio, quem etiam audiuit possit oriri  
suspicio contraria. De q; unquam debet, propter aliquos  
genera peccati, Confitentē ostendere minorem familiaritatem  
vel signa minoris dilectionis quam si nesciret eadem vi-  
fore. **C**onfiteri etiam valentes, accedant humiliter et  
devote et bene recollecti de suis culpis, ipsasq; succincte  
et clare narrent. Alia vero que ad Confessionē non p̄-  
tinent vel eam p̄turbant, omittant, quia in confessione  
non sunt audienda vel tractanda nisi que pertinent ad eā  
et hoc ut caveantur multa incommoda que evenire possēt  
si aliter

17  
si aliter contringat: Cum vero quis habet aliqua sibi  
inimbecillia, confessori proponere, faciat hoc extra con-  
fessionem, loco et tempore opportunis, et confessor benignus  
se exhibeat ad consolandum fratrem temptatum: Est au-  
tem competens hora confitendi in hoc monasterio, post  
matutinas et de mane ante primas. Omnes vero caue-  
ant ne sub horis Canonicis confiteantur aut sub officio  
sine licentia presidentis. In Confessione tam confi-  
tens quam confessor genuflectant, nisi habeant cum  
sua legitima impediens. **De Confessione  
et Communione firmi non celebrantium, et quis  
debet de comunicandis requirere et reliquias**

**Exportare Capitulum xvij**

**Q**ue et hoc utile duximus propter infirmi-  
ores qui suos refugiunt fatari excessu, ut ante  
festis hebdomadis ad minus semel, singuli suas faciant  
confessiones horis congruis, nec pro hoc horas Cano-  
nicas negligant uel sacerdotis pro eos impediatur. Quod  
si quis neglexerit confiteri, notabilis iudicetur et pro  
latum taliter corripatur ut emendetur. **Adm** **su**  
entes de

C

entes de fratribus infra sacerdotium constitutis atq[ue]  
conuersis, qui et singulis mensibus semel ad Sacram com-  
munionem accedere debent. Die autem Communionis  
omnes fratres Communitandi ac etiam ceteri post  
Agnus Dei, professionaliter procedant ad altare ibi suc-  
tendo. Deinde celebrans missam anteq[uam] sonat primam  
ablutionem, reponat calicem, et stans lateraliter, intra-  
gum vertat Sacramento dicat expressa voce, confesio-  
nem generalem, more solito. Qua completa accedant  
Secundum ordinem, a ministris incipiendo, aut seni-  
oribus tunc communicandis: Sacerdos vero cum reue-  
rentia Sacramentum ministrat dicendo. Corpus d[omi]ni  
n[ost]ri Ihesu xpi r[ati]o. Sumpto Sacramento recedant  
ad loca sua inclinato capite, communicantes vero flechi-  
tes ibi usq[ue] ad missae finem. **Qualiter prelati  
debeat excommunicatione p[ro]ferre et quid debeat  
facere q[ui] vult aliquem excommunicare. Ca: xvij**

**Q**uilibet prelati collegiate ecclesie licet  
subsit Episcopo est iudex ordinario sui collegij  
et habet iurisdictionem cognoscendi et excommunicandi  
debet t[ame]n

18  
debet tñ Cavere ne excommunicet aliquem nisi p̄re-  
monitione oportenti p̄missa, alias in p̄ssy ecclesie est  
sibi interdicit, etiam si tñda fuerit excommunicationis  
sententia. **E**t si tali dūcane interdicit ingressy fuerit  
ecclesiam, et ibi celebraverit efficitur irregularis. **I**tem  
debet cō Cavty quando vult excommunicare, ut exco-  
municatiōem in scriptis p̄ferat et causam excommuni-  
cations conscribat: quare scilicet hūimodi excommu-  
nicatio p̄ferat, et exemplum hūiq; scripturę excommuni-  
catis tradat infra mensem post diem sententię p̄lati-  
nis, si fuerit requisitus. **E**t hæc eadem in sententijs  
suspensionis et interditi; debet observare, ne in r̄is pa-  
nam incurrat. **E**t quis autem iudicium hūimodi cō-  
stitutionis temerario violator extiterit, p̄ mensem unū  
ab ingressu: ecclesie et divinis officijs, nonerit se suspen-  
sum. **E**t ibidem in fine d̄r. **C**aveant autem ecclesiarū  
p̄lati et iudices vniuersi, ne p̄dictam suspensionis pa-  
nam incurrant, quoniam si contigerit eos sic suspensos  
divina officia exequi, sicut p̄iq; irregularitatem non  
effugient, iuxta canonicas Sanctiones. **S**up̄ quā vō nisi.  
p̄ Summū

pe Summum pontificem poterit dispensari. Et dicit  
Archidiaconus sup eod ca. quod omnes iudices privati  
et singulares, hoc statuto comprehendunt, ppter verba  
generalia hic posita, exceptis Episcopis, quod ad pena  
suspensionis: Verum autem hoc statutum intelligatur  
si feratur sententia vaga aut incerta, de hoc ipse Archi-  
diaconus ponit opiniones, credit tamen, quod equius sit  
et magis cum textu concordat, quod intelligatur de  
vagijs sententijs. **Capitulum xviii. Quis et quo  
tempore celebrari debeat Capitulum Cul. et  
et flagellij et de modo petendi veniarum in Capit.**

**U**niuersitas inter fratres nunciat inter-  
merata, nequa inter propositum et subdi-  
ctum sint fumenta discordie, ni unum, nisi aliud necessi-  
tas exigit, feriatis diebus aut occurrente impedimento  
simpliciter. ix. Actionum die expediat quocumque in Capitulo.  
et ibi de incidentibus causis tractari. Imo salubris de ec-  
clesiastica vel claustrali obseruatione fiat collatio, qua-  
tong p hoc et pterita corrigantur, et regularia obseruetur.  
Prelatus ergo p se aut eo absente Decanus singulis septi-  
manis

manis feriatis diebus ter celebret Capitulum Culparum.  
audiendo culpas omnium fratrum, post sextas, quia propter  
populum quementer haberi antea non potest. Nunc  
tamen post matutinam, vel completorium, nec ante diu-  
na multum tractet de rebus exterioribus, sed talia ad aliud  
tempus aptum referentur expedienda. Possunt etiam in  
quorundam Capitulis, culpe particularis puniri absque  
generali culparum proclamatione. Congregatis fratribus  
in Capitulo procedit. Dicunt. Benedicite. respondentes a-  
lter. Dñs. sit insequatur. Benedicite et Custodiat nos  
omnipotens et misericors Dñs. Respondet. Amen. et solius  
silentium. Quo soluto dicunt fratres. Culpas suas secun-  
dum ordinem, a senioribus incipiendo, et hoc in medio Capitu-  
li, uno genu flexo, petat veniam dicens (**Modo**  
**proclamandi Communis**) **Nec est culpa mea.**  
**Stationes et inclinationes in choro non diligenter serua-**  
**ntur: Erroris quandoque commisi in cantandis et legendis**  
**et quibus non humiliavi me pro venia. Aliquando etiam tur-**  
**de veni ad omnes congregationes chori et refectorij, et huius-**  
**modi. Debitam reuerentiam superioribus et ceteris fratribus**  
et dominis.

et dominis meis non exhibui. **S**ilentiū nimis facile  
solū locis et temporibz prohibitis. **C**um extraneis per-  
sonis gheraty sum sive licentia et necessitate. **M**atū  
maturitatem in commūnibz congregationibz non serua-  
m̄ 22. sic concludendo dicit. **S**up̄ his et aliis culpis me-  
is peto veniam. **N**ec exurgat ante p̄sidentis p̄ceptū.  
**E**t nota quod p̄sidentis diligentissime, modum peccati  
naturam, moresq; hominis p̄pender debet, et sic se-  
cūdūm exigentiam culpe et qualitatem persone  
corripere et monere, et modum penitentię statuere  
semper ut verity medicy, austeriora fomenta, gravi-  
oribz vulneribz, et leniora lenioribz imponere, ita  
ut maioribz culpis maiorem severitatem adhibeat  
minoribz, minorem. **C**ommunes tamen pena p̄  
minoribz culpis negligende sūt aliqui psalmi vel silē-  
tium et hūgmōdi. **D**e modo **C**orrecti-  
**onis et pūitionis capitulū XIX.**

**Q**uiaam **C**anonicarūm v̄stritionū **E**p̄sc̄o-  
pali p̄cipie iudicio p̄tendi, contemptores sūt  
C̄qua pena ut ait **A**uḡst̄ in **E**ccl̄esia nulla maior eē po-  
test̄ **D**eus

24  
test) denotandum tamen hic est: qualem ceteri presbiteri  
qui illis dignitate inferiores esse noscuntur in locis sibi  
conmissis, in quibus Canonica vivunt, erga subditos quosque  
delinquentes, auctoritatem corripiendi habeant. **Omni-**  
**sis** igitur his, quorum etate delinquenti parcendum non est,  
sed potius iuxta sapientis preceptum, eorum latera, ne in-  
dureant, virgis assidue tundenda sunt. **Qualiter** erga cete-  
ros delinquentes, iuxta divinam auctoritatem et sanctorum  
patrum exempla id oporteat fieri breviter ostenderimus.  
**Si quis** frater in congregatione Canonica constitutus ha-  
bitus canonicas frequentare negligenter, ecclesiamque non re-  
ligiose sed pompe et uel inconvulsa intraverit, et opus  
dei negligenter exequi fuerit, ad communes congregatio-  
nes venire distulerit: obedientiam sibi a superioribus suis  
refuserit, in legendis vel cantando, vel ceteris Ecclesia-  
sticis disciplinis iuxta vires, studium non exhibuerit, de  
claustris sine licentia exierit. **Discordiam**, quam dominus  
detestatur, inter fratres seminaverit, vel alia huiusmodi  
agere attemptaverit. **Hic** primo, secundum **Evange-**  
**lium** non solum semel, bis vel ter, imo crebrius ammonetur  
et si his

et si his ammonitiombꝫ non assauerit, publica obli-  
gatione corripiatũr. Quod si his remissis fuerit  
ceteris sibi alimentis interdiktis, pane tantum et aqua  
usq; ad condignam satisfactiorem pascatur. Vinum  
nec sic se correxerit, separatu a mensa et a societate  
fratrum in choro psallentium, et seorsum in loco hui-  
usmodi negligentibꝫ a Dneposito constituto stare  
coactũr, ut saltem rubore sequestratiõnis emendetur.  
Quod si etiam tot saluberrimis ammonitiombꝫ et cor-  
rigationibꝫ nec dum paruerit, fiat p eo ab omnibꝫ  
gruõnis oratio ut a domino saluetur. Postmodum si  
psus in corrigibilis extiterit, ne in plures, cuius diu  
serpant contagia, necesse est ut a societate ceteroru  
ut pote diuis morbida, separatu publice damnetur.  
Si quis in collegio Canonicoruũ culpam criminalem  
admississe conuincatur, huic nulla dilatio est facienda  
quando aut sponte p commissõ crimine penitentiam  
agat, aut si agere recusauerit publica inuictetur pe-  
nitentia, sed et hoc nihilominus cauendum est, ne cru-  
ta delinquentium alicuiꝫ rei liuore feriant, sed potius  
Secundu.

21  
Secundum Augustinum sunt Criminum persecutores et ho-  
minum liberatores, odio habeant vicia sed homines diligat.  
Viderint quod in temptu Dyaboli suggestum est, diligant  
quod dei bonitate creatum est, teneant in manu bacca-  
lum et virgam Capitulum quo aliorum imbecillitates  
spiritualiter sustentent. Virgam qua vicia desinquenti-  
um zelo reformationis feriant. **Capitulum flagel-  
li quotiens in anno, et qualiter celebrandum sit.**  
Capitulum vero flagelli celebretur singulis annis bina-  
vice. Videlicet semel in ultima hebdomada Quinquagesime  
et semel in ultima hebdomada Quadragesime die et hora  
competentiori ordine et forma tali: Congregatis singu-  
lis fratribus **(etiam novitijs)** in locum capitularem.  
Praesidens dicat **Benedicite: Dñs: Benedicat et cu-  
stodiat nos omnipotens et misericors dominus Amen.**  
Deinde **Cut maris est.** Singuli dicant Culpas suas  
nec visdens cuius ptine minuat Iperialem emedu:  
sed auditis culpis singulorum: faciat fratribus breuem  
exhortationem secundum gram a deo sibi datam, de ob-  
servatione vite et discipline regularis, vel de tribus sub-  
stantiis.

stantialibus regibus: **Vel de Concordia et Caritate** m<sup>o</sup>  
tia habenda et huiusmodi z<sup>o</sup> **Quia** finta **Quia**  
deus dederit **S**ubmiserat dicens. **Clarissimi** **Fr**  
multis deliquimus omnes et molientes fuimus proprie in  
cultu diuino, ni obseruatione regulari: in correptione  
fraterna et charitate mutua, et huiusmodi: nec est ho-  
mo sub sole qui dicere possit. **Mundum** est cor meum  
v<sup>o</sup> **U**rg sum a peccato. **Toty** enim mundi in malig-  
no positi est, et omnes homines declinauerunt si-  
mul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum  
non est usq ad unum usq ad illum qui ueram habet  
charitatem. **Dei** et **peccati**, que nos unit **Deo**. **Vnde** si  
dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seduci-  
mus et veritas in nobis non est. **Unus** enim pecca-  
tionum **Ad Romanos** **E**t egimus gloria dei, vnde  
nisi penitentiam egerimus **Chiciz** **O**mnes simul  
peribimus iusto dei iudicio: **Sicut** enim **Deus** est  
summe misericors, quo ad penitentes, sic e contra sum-  
me iustus est quo ad impenitentes, nullam bonam  
relinquens irremuneratum, nullumq mali impunitum.  
**Ficty. n.**

**I**ustus enim dominus ait ps: In omnibus vijs suis et  
 in stationibus eius super omnia opera eius: **E**t quia deo  
 quos diligit corripit. **F**lagellat autem omne filium  
 quem recipit. **H**ortor subeant et nos disciplinam  
 patris ut filij dei nominemur et simus cum omni  
 humilitate que poterimus in presentia vite, ne postea cum  
 demonibus flagellemur in futura. **N**ulla enim fla-  
 gella peccatoris, peritentem autem in domino **C**roce fla-  
 gellum misericordia circumdabit. **S**i enim uos ipsos di-  
 iudicaueris, non ultro iudicabimur. **E**t quatenus ista  
 disciplina nisi si nulla sit, in misterio tamen et  
 propter obedientiam recepta, magnam habet remissio-  
 rationem et spirituales significationem. **R**ecipitur  
 enim in recompensam omnium negligentiarum que  
 regularum disciplinam gesserunt, et in recompensa  
 omnium negligentiarum flagellationis et quibus **V**ul-  
 nerum christi atque in remissionem omnium peccati-  
 num venialium. **U**t autem digne et meritoria remissio-  
 nem et absolutionem omnium peccatorum nostrorum  
 recipere possimus, mundemus conscientias nostras con-  
 fessione

essione generali dicentes. **C**onfiteor Deo patri  
omnipotenti et vobis fratribus, quia peccavi nimis  
in vita mea, cogitatione, locutione, omissione, opere.  
mea culpa: Ideo deprecor gloriosissimam dei geni-  
tricem Mariam: Beatum Augustinum et omnes sanc-  
tos dei, et vos fratres orare pro me. **P**roseratur  
vestri omnipotens deus, et dimittat vobis omnia pec-  
cata vestra: liberet vos ab omni malo: conservet  
vos in omni opere bono, et producat vos in vitam eternam.  
**Amen. Oratio. II** Adulgentiam remissionem:  
et absolutionem, omnium peccatorum vestrorum, et spa-  
cium vere penitentie, et gratiam sancti spiritus tribuat vo-  
bis omnipotens pater et misericors dominus. **Amen.**  
**Sequuntur psalmi penitentiales. et post psalmos**  
**An: sine gloria patri. Postea** sub psalmis dispo-  
nant se singuli ad suspensionem flagelli sup scapulis  
suis, denudando se nudius usq ad Cingulum. Et pri-  
mo flagellatur videns a seniore, deinde singuli a pre-  
sidente. **Dentur autem** singulis cum moderamine  
quinq; plage, ob memoriam flagellationis et quinq; vul-  
nerum

nerium xpi. nec non **U**recompensam omnium negli-  
gentiarum et venialium peccatorum. **Q**uibus receptis, et  
septem psalmis finitis dicatur an: **N**e reminiscaris  
domine delicta nostra, neq; peccatum nostrorum, neq;  
vindictam sumas de peccatis nostris: sed parce. **Et** **Et**  
**pe**leison. **P**ater noster. **E**t ne nos indignas in ter-  
tationem: **S**eu ubera **q**. **D**ne exaudi non secundum  
peccata nostra facias nobis: neq; secundum iniquita-  
tes nostras retribuas nobis. **D**ne ne memineris iniquita-  
tum nostrarum antiquarum: **U**to anticipent nos miseri-  
cordie tue, quia palpens facti sumus nimis. **D**iu-  
na nos deus salutaris noster: et ppter gloriam nomi-  
nis tui domine libera nos, et propicio esto peccatis nostris  
ppter nomen sanctum tuum. **M**iserere nobis dne  
misericordiam tuam: **E**t salutare tuum da nobis. **D**  
**D**ne exaudi orationem meam: **E**t clamor meus ad te  
veniat. **D**ominus vobiscum. **O**remus. **Q**uis qui  
culpa offenderis, penitentia placaris. preces populi  
tui supplicantis propicio respice: et flagella tua inuadere  
que p peccatis nostris meremur clementer auerte.

Parce.

**P**arte dñe parte famulis. **P**ro  
tionibz castigati in tua miseratione respiciant. **P**ro  
te domine clametes exaudi, et dominum recitacione no  
strorum tribue remissionem, ut qui p delicta  
tuis te affligimur et flagellamur, misericordia tua  
mente veniam consequamur. **O** Deus cui propitium  
est miserari semper et parcere, suscipe propitius preces  
humilitatis nostre, ut fideles tuos quas delictorum ca  
thena constringit, misertio tue pietatis absoluat.  
**P**ro ista q̄s omnipotens deus, ut qui offensa nostra  
per flagella cognoscimus, tue consolationis gratiam  
sentiamus. **O** Ampotens sempiternae reg, me  
storum q̄satio, laborantium fortitudo, perveniunt  
ad te preces de quacumq̄ tribulatione clamantium  
ut omnes sibi necessitatibus suis misericordiam tu  
am gaudeant affuisse. **P**er dominum nostrum Ihu  
sum xpm filium tuum etc. **D**enique sc̄m consuetu  
dinem psidens recomendet orationibus firm, omnes be  
nefactores monasterij tam vivos qm defunctos: Et tandem  
concludat dicens. **A**diutorium nostrum in nomine dñi. **Qui**

**De petitione necessariorum in Capitulo.<sup>34</sup>  
et de discordia tollenda et hortatione seu col-  
latione facienda. Capitulum. xx.**

**O**mnēs fratres p̄fessi solo Decano et Vestuario  
demptis, Culpis suis in capitulo expeditis, ali-  
quā re diligentes priore victum et libros, unguenti flexo a  
P̄sidente petant. **R**espondeat P̄sidentis. concedant nobis  
necessaria, vetera P̄sentent. **E**xpeditis culpis et peti-  
tionibz fr̄m, statim de divinis officiis si op̄ est tractet.  
**D**emide P̄posito, qui aliquid dicere habuerint, de se aut  
de ordine, id loquantur. **D**emide **p**roposito proponendis ac  
ac pertractatis eisdem, **p**relatus, fratres in spiritualibz  
informet, et ad commune bonum exequendum, p̄is exhor-  
tationibz aminet, magis in dulcedine spiritus quam p̄-  
potentiam eos compellendo, nisi forte spiritu lenitatis  
p̄ficere non valeret. **S**itq; circumspecto, ut mandatu  
sua temperet discretu, et non nisi ex ardua causa sub-  
ditis suis p̄cipiat vel aliquid iniungat in virtute Sancto  
obedientie: **H**ortetur etiam eos ad unitatem caritatis  
unanimitatem, silentium, clausuram et ceteris obser-  
vantias.

mansuetas regulare custodiendas et sollicito vigilet ut pax  
in Conuentu seruetur, turbatus vero pacis modis con-  
gruis studeat compestere. Et ut pax magis conser-  
uetur, quantum cum Deo potest, subia scientia, nū-  
quam facile prepositi dissentiat à gravi et rationabili  
voluntate Conuentus uel Consilio et petitione eius. Si  
uero inter fr̄es aliquos, quacūq; occasione fuerit di-  
scordia, aut odiū, quod absit, ceteri, p̄t potuerint, ad  
vnanimitatem eos reducant. Quod si nequeunt, ad  
latium uel Decanum, sine dilatione res reducantur, qui  
sollicite tales ad pacem studeat reuocare. Discordis  
deniq; donec ad concordiam uiderint, diuina celebrare  
non p̄sumant. Et si sece fecerint, pena condigna corripi-  
antur. Morretur etiam p̄sident, ad orandum p̄  
bono statu Ecclesie, et specialiter p̄ h̄is cum quib;  
habetur fraternitas, et p̄ benefactorib; et fundatorib;  
Monasterij, uiuis et defunctis, p̄ seipsis et bono statu  
monasterij. Postea p̄ defunctis Prelatis et fratrib;  
Conuentus, p̄ Parentib; et omnib; fidelib; defunctis.  
Hec tamen commendatio potest abbreviari secundum  
quod h̄c.

quod breuitas requirit: aut plangari, ad orandum  
25  
tam p̄ Domino Reuerendissimo Ordinario et omnibus  
Prælatiſ Ecclēſie p̄ Rege, Principibus Comitatuſq̄  
Et poſt commendatione p̄ſidens ſic dicet. Quos omnes  
commendo ſcilicet vobis et deſinſtos orationibus ueſtris.  
Deinde ſurgat tam cæteris dicens. Adiutorium noſtrum  
in nomine Domini. Reſpondet. R̄m̄ fecit cælum et terram.  
Expedet etiam interdum p̄pter ſiſta occurrentia poſt  
Capitulū, vel alia hora competentia, p̄ſidentem fa-  
cere exhortationem ad fratres, pro deuotione et fructu  
ſpirituali acquirendo. Quod ſi fieri nequit, ordinet  
aliū p̄ ſe ad hoc aptū. **DE CAUENDA RE-**  
**tractione, vel reuelatione geſtorū in capitulo.**  
**Et quid ſit Carere voce Capituli, Caput: lxxj.**  
**Q**uid ſi auditis et tractatis in capitulo non ſit  
tractatis extra Capitulum, vnde contentiones  
et offenſe oriri poſſent. Neq̄ ibi auditum aliquid vel  
factum quis alii poſtea p̄ſumat obijcere quocumq̄ modo  
Præcipue etiam cauatur ne quis reuelet perſonis no-  
Capitularibus, vel à Capitulo excluſis, culpas aliorum, vel cau-  
ſas ſecre.

has secretas, in capitulo tractatas. Ceteris autem capitularibus reuelari possent, nisi eos huiusmodi cause tangerent, vel nisi propter preceptum Plati uel aliunde rationabiliter debeant absentes latere. Qui contra fecerit graviter puniatur, aut careat voce capituli. Carere voce Capituli, est secretis tractatibus ubi consensu totius Conuentus requiritur non interesse. Qui huiusmodi pane subiacent, culpam suam ante alios confessos dicant. Deinde Capitulum egrediuntur ad Officium fusiim. Si tamen placet Prelato potest eos ad partem interrogare de tractandis, sed ad hoc non obligantur.

**De temporibus et locis quibus silentium et loquendum est secundum Chartas. Cap. xxij.**

**S**ecundum Canones sanctorum in omnibus Monasteriis, perpetuum silentium seruandum. Et in oratorio, cubili, in refectorio, et dormitorio. Quis suprapositis a signo profectione quod fit ante Completorium usque ad mane post Capitulum, et audito signo ad tertiam iterum silentium teneant usque post Nonam. In diebus vero festiuioribus soluitur silentium post sextam et loqui possunt

26  
possint usq; ad nonam. Deinde post gratias iterum solutio  
silentium usq; ad vespere. **A**ne vespere vero silentium tenet  
usq; post cenam, et tunc iterum loqui possunt usq; ad sig-  
num quod fit ante Completorium. **E**t dominus Prae-  
latus similiter post Completorium cum fratribus fideliter  
silentium teneat, nisi vrgens causa aliud exposcat. In  
dictis locis tamen cum necesse fuerit loqui poterunt vni-  
ta oratione et imperfecta. **Q**uid frater suum dice-  
re debeat et quid nostrum, et quomodo sit appellandi. **Ca. xxviiij**

**N**ihil frater suum appellet singulariter, sed omnia  
nostrum, nisi de culpis et parentibus. De his so-  
lis dicat, meum vel mea. Si quem fratrem nominat  
nunquam prius nomine appellet, sed semper adiungat  
Dns si est prespiter, si vero non est prespiter, semper ad-  
iungat frater. **N.** fac hoc et huiusmodi.

**De Refectorio et preparatione mensae, et de benedi-  
cite ante mensam atq; gratias post mesam. Ca. xxviiij.**

**R**efectorium semper mundum teneat, cum sa-  
lis attinentijs, quibus providere habet vestiariis p-  
conuersum vel p alium familiam discretum ad hoc de-  
putatum.

pūtatūm. **A**d Refectoriūm laici sine sacri presidentis nō  
introducantur, tamen matūri viri aut **R**ehgūsi, qui sūnt  
facultores monasterij, possunt interdū ad Refectoriūm  
mittari si illud desiderant: **N**ūq̄ deniq̄ quispiam ex  
transeorūm intersit penitentij fratrum. **S**i non habe-  
tur Refectorarij specialis, tūc ad ministros mense p̄-  
tinebit, mensis fratrum p̄pararū cū suis p̄finentijs,  
tempore congruo ita ut hora refectiois singula sint p̄pa-  
rata, ne sub lectione strepitu fiant. Refectorarij si lai-  
cy est videtur sit superlicio simplici. **C**onuersi vero et alij  
p̄fessi ministrent in habitu suo, accincti linteo, ne dehe-  
rent habitū: **L**auatoriūm quā sepius mundetur et a-  
quā semp̄ habeatur vivo. **D**e mane ante prandium lec-  
tor et seruitores sub penultimo ps̄o chorūm p̄eant, et  
de ofla p̄libationem recipiant sua p̄confortatione: **E**rgo  
si q̄ fratribz de choro, facto modico intervallo, pro fr̄m  
necessitatibz p̄pediendis, si omnia sūnt parata in coquina  
et in refectorio, fiat signūm p̄ fratrum aggregatione, ad  
quod omnes sine dilatione conueniant cū silentio ante  
Refectoriūm. **D**einde ordinato et cūm reuerentia refecto-  
riūm in ..

27  
xium intrent, ibiq; stantes singuli in loco suo, **presidentia** in-  
choante. **Benedicite**, sub nota, cuncti respondeant. **Dñs**.  
sicq; cum his commesturi sunt, ad prandium dicant. **Ad** cenam  
vob quando so-  
lum semel commesturi sunt. **Ad** edent pauperes et si. **Et**  
cum **Gloria patri**. Et dicto **Kyrie**. Omnes se pfundiq;  
inclinet, quousq; ille qui illo die publicam missam can-  
tauit, dicat in medio refectorij. **Et** venos videlicet: et de-  
derit benedictionem illam videlicet. **Itemq; Benedicite**  
domine dona tua, que de tua **et** **Quia** data fratres se-  
erigant dicentes. **Amen**. Deinde lector in medium ve-  
niens dicat nichil. **Tube** dñe benedicere. **Accepta**q; be-  
nedictione hac a presidente. **Ubo** potiq; celesti reficit  
nos gratia chrj. **Vadat** ad legendum. Deinde omnes dicat.  
**Deus** charitas est et qui manet in **et** **Sicq;** sedent ad me-  
sam ut moris est. **Cumq;** lector rubente **Presidente** dixerit  
**Cum** autem domine miserere nobis: omnes sedendo respondeant  
**Deo** gratias, nec surgant, quousq; **Presidente** signum ad sur-  
gendum dederit. **Postq;** vero surreverint, consistentes  
ut prius **Presidente** cum his commesturi sunt dicat hinc ver-  
sum ad.

sum ad prandium. **C**onfiteantur tibi dñe omnia op-  
erata tua & **G**loria patri et. **D**emide qui publicam mis-  
sam cantauit **A**d prandium quidem. **A**gimus tibi  
gratias omnipotens deus p̄ vniuersis beneficijs tuis q̄ vi-  
uis et regnas deo in secul̄ seculorum. **A**d unum vero,  
**B**enedictus deus in domis suis & **D**ictosq; **A**men in  
maiorib; precedentib; vadant Cantantes deinde psalmum  
**A**gerere mei deo, ad chorum finitq; ibidem psalmo.  
**T**errie. **P**ater noster & **O**fficium dicat sub nota.  
**E**t ne nos **X**. **D**ispersit dedit pauperib; **X** **B**enedi-  
cam domino **X** **I**n domino laudabitur anima mea.  
**X** **M**agnificate dominum mecum. **X** **S**it nomen domini  
benedictum. **O**rem; **R**etribuere dignare domine  
omnib; nobis bona facientib; p̄pter nomen sanctuz  
vitam eternam. **A**men. **B**enedicamus dño. **D**eo  
gratias. **P**ostea p̄sident dicat. **E**t anime omni-  
um fidelium defunctorum, p̄ misericordiam dei re-  
quiescant in pace: **D**emide iterum dicta dominica  
oratione ab omnib; sibiungat. **B**enedicite **R**esponde  
dñs, p̄sequaturq;. **D**eo det nobis suam pacem. **A**me  
**D**emide

78

Denique, si non sunt Cantate, unusquisque vadat ad locum suum.  
Cum vero ministri mensae reficiuntur, seruiant eodem benedi-  
cite et gratias, sicut domini in Refectorio. Ceteri qui in-  
ter sunt maturitatem seruiant, ne in mensa, aut gratiarum  
actione impediantur. **N**ody praebrata per totum annum  
seruiant, exceptis tribus diebus ante pascha, tunc enim omnes  
fratres ad vesperandum, signo ad tabellam dato refectorium  
ingressi suspendere nichoante omnes dicant versum. **E**t  
pauperes, sine Gloria patri. Subiungentes feria quinta  
Christi factus est 29. Feria sexta. Proprio filio, et Ba-  
batho. In pace factus est 29. Pater noster 29 sine Et  
in nos, sed dicto simpliciter a Desidente benedictione.  
interim lector vadit ad legendum, et legit sine titulo.  
**P**ost Cenam decantat ab omnibus. **M**emorian mira-  
bilium subrum 29 sine Gloria patri, subiuncto a Des-  
idente. **B**enedictus deo in domis suis 29. **Q**uo dicto  
sequatur psalmus. Misere mei. Cum paupis et sine  
nota, et sine Gloria patri, ad ecclesiam vando, addito ver-  
su Christi factus, vel In pace factus 29. secundum exigentiam  
dici cum dominica oratione, postea concludatur cum  
aliquo

aliquo versu pmissorum. Per eosdem etiam verbor solia-  
tur silentium: Infra octavas pasce tam ad cenam quam  
ad prandium dicimus. **N**ec est dies quam fecit dominus etc.  
**E**t infra octavas Natiuitatis dñi. Verbum carnis factum  
etc. utrumque cum gloria patri etc., cetera ut moris est,  
per annum.

**De disciplina in mensa et de  
moderata commestione. Capitulum xxv.**

**A**ltequam lector duos vel tres versu de lecti-  
one pferat, nullo ante pudentem manum  
suam in mensam mittat, neq. noscentes alios  
conspiciat, sed religiose et honeste quisq. comedat, cum  
gratiarum actione, sumatq. decibo et potu, non ad volup-  
tatem, sed ad necessitatem, memor Apostoli dicentis.  
**D**esideria carnis non perficietis. **E**t sicut regibus dicit:  
**N**on solum fauces sumant cibum, sed et aures etc. **D**ignes  
autem simul comedant in refectorio, nisi quosetas  
uel infirmitas grauat, aut occupatio temporalium impa-  
diat. **Q**uod si aliquando contingat sedentibus alijs, quem-  
piam non adire, postea veniens, in medium prodit, et  
sola nichil ibidem, ore tñ benedicite ad intyrum dicit  
postea in

29  
postea inclinet se p̄sidenti et figny christi, sic p̄cedat et  
sedeat in ultimo loco mensę. **A**nime quęq; bibant nisi  
duaba manib; cyphim tenendo et sedendo, et hoc in mona-  
sterio. **E**xtra vero manasterium coram alijs hanc  
consuetudinem non habentib; non est necesse illud ob-  
seruare. **N**ullę deniq; cibum in mensa lapsę uel cin-  
sidon bibat, uel alios alios neptinentes faciat, uel ni-  
quietudinem aut strepitum, ibidem concitet, sub pena  
condigne correctionis. **E**t ne longa fiat mora in mese,  
omnes conent; ut cum p̄sidente parati sint in omni-  
bus. **S**i quis uero in hoc dilationem fuerit, seruet coram  
se cibum et comedat ut cupit, sed ceterorum scitally le-  
uente qm̄ eas a se elongauerunt.

**D**e com-  
medentib; extra refectoriũ uel monasteriũ capi

**Q**uandocũq; p̄laty cum aliquibus **xxvi**  
fratrib; uel hospiti; aut fratres aliqui in mo-  
nasterio extra refectorium comedunt, dicto benedicto ut  
moris est dicitur in Refectorio, lectioem principis mensę  
et in fine habeant, p̄ benedictę, silentium soluat.  
Circā finem mensę, dicto p̄ lectorum **U**ntem **P**re-

sidens

fidens dicat Et anime omnium fidelium etc. **Benedicite.**  
**Deo det etc.** Oratur autem semp. **Benedicite et vñs**  
 gulete, nisi adessent notabiles hospites. **Vñs enim p̄ psal.**  
 mo. **Vlserere mei, dicit potest.** Laudate dominum om-  
 nes gentes: **Cetera ut moris est.** **De abstinentia:**  
**potu nonaruz et collationis. Cap: xxviij.**

**E**t quia Canonici regulares sub regula Scti  
 Augustini militantis carnem suam abstinentia  
 esse et potus, quantum validitas permittit  
 domare debent, ordinamus ut **Propositi et fr̄s sui Cisterci-**  
**ensis et debilibz exceptis** **J**ob memoriam et reverentiam  
 Domine passtonis, singulis sextis ferijs p̄ totum annum  
 vñca refectioe contenti ieiavent, sed uti possunt lac-  
 ticinijs, si tunc utantur hijs, cum quibz comedunt. **Sin-**  
**onlis quoqz et his ferijs** ab esu carniuz, potuuz annuuz ab-  
 stineant, et a pulmentarijs cum pinguedine carniuz totis  
 excepto die natalis domini: **At** enim die semp carniuz vel  
 ti licet ni quancumqz feriam venerit: **I**n adventu etiã  
 domini et ni sabatho ante ipsuuz aduentuuz, ac vñgi-  
 lia **S:** Augustini, necnon et corporis xpi, cum omis et  
 quibus quadragesimalibz. **D**um vero sunt octo. **L**acticinijs  
 conventuuz p̄p̄iuuz etiã ieiunt.

30

lactem ieiunent: ferijs vero 2<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup> quinquagesima se-  
 militer in cibus quinquagesimalibus ieiunent. **A**lia autem  
 ieiunia regularia et collationes obseruari debent quemad-  
 modum ea omnia etiam in alijs monasterijs dicti ordinis  
**S. Augustini** et **Benediticorum** regularium obseruantia in si-  
 milibus solita sunt obseruari. **F**eruentia vero ab ecclesia in-  
 stituta sicut ceteri christi fideles obseruari tenent. **N**otandum  
 in carta similiter prohibemur ab esu carnis singulis ferijs  
 secundis per totum annum, usque nichilominus ipsam cartam.  
**S**ed quia carta per causa **R**enerendissimi domini **Thomae**  
**mas** felix recordationis **Constantiensis** **Episcopus**, qui  
 et huic monasterio cartam predictam dedit, et presentia  
 statuta confirmavit, super hoc misericorditer nobiscum  
 dispensavit, anno græ 1492, quinto Calend. Augusti.  
**V**nde licite ferijs secundis carnis vescimur ut ceteri christi  
 fideles. **I**tem a festo pasce usque ad festum **Michaelis**  
 post lectionem regularem conueniant fratres facto pulchro  
 ad potum nonarium, et bibant bina vice qui voluerint cum  
 silentio in loco preprepositum ad hoc deputato, dicatur  
 primum, ministrans potum **Psilenti**. **Benedicite** de  
**psilenti**

**Præfatus. Dñs.** Potum servorum suorum benedicat  
 rex Anglorum. Amen. Post primam benedictionem  
 ministri præfatus misticam et fr̄s plegant lectiones  
 suas matutinalis coram pedagogo vel Decano, facta  
 Denique secunda bibitione Præfatus dicat. Adiutorium  
 nostrum in nomine domini etc. Et tunc omnes ad loca  
 sua redeant. Item qui datur potus collationis lector di-  
 cat. Inbe dñe benedicere. Ac Præfatus. Noctem quietam  
 finem bonum, vitam perpetuam tribuat nobis omni-  
 tens pater et misericors dominus. Amen. Denique post  
 modicam lectionem Præfatus benedicat potum hys ve-  
 bis. Potum servorum etc. ut supra, et tunc bibant qui  
 voluerint, et lector iterum proseguatur lectionem. Fini-  
 tag collatione lector dicat. Tu autem domine etc.  
**Similiter** fiat cum collatio legitur hora sua, sine potu  
 nisi in diebus excepta benedictione potus: **Autem** Comple-  
 toriam vero collatio legitur hora sua, sine potu, nisi in di-  
 ebus recessuum tunc detur eis alius non vel qui petunt licen-  
 tiam, potus non denegetur. **De lectoribus**  
**mense et modo legendi cap: xxviij**

**A**d mensam singuli fratres legant secundum ordi-  
 nem, excepto decano et paratore et quos Pla-  
 tus ex causa notabili cum consilio senioris partis decr-  
 nerit fore supportandos. Ad lectorem pertinet diligenter  
 providere lectionem, et qualiter sit legendum. Ad benedicti-  
 onem mense cum alijs in loco suo stet et in medio stans  
 anteq̄. **V**ide domine, dicat, se nichinet it̄q̄ est supra. **A**tra-  
 dat diligenter, ut si in aliquo emendatione, ab eo qui emenda-  
 re habet, ut humiliter hoc suscipiat et excusetur, nec se  
 defendat aut mormuret, sed sicut emendatur sic legat.  
**E**t si emendator, amittit aliquid resumendum, restituat.  
 finitay lectione semp̄ signet cum regit̄r ubi dimisit  
 ut sciatur postea ubi incipiendum sit. **E**t si literati extra  
 nei interfuerint decano ordinet aliquem bene legentem.  
 Cum autem circa finem mense lector ad signum sibi fac-  
 tum. Tu autem domine dixerit, statim librum ad locum  
 suum reportet.

**De libris ad mensam legendis  
 et lectionibus pro collatione. Cap. xxix.**

**A**d mensam libri legantur autentici, puta  
 Biblia, Omnia et Sermones S. Augustini Ser-  
 hardi

hardi et huiusmodi: Item libri moralium Gregorij. Vi-  
 tus patrum et aliorum sanctorum. De omnibus tamen  
 scriptis legatur textus biblie, propter sanonice scripturę notitiã  
 acquirendam: Ad collationem passunt legi alij tractabili-  
 pta flores beati Bernhardi. Dialogo & Gregorij  
 Singulis etiam septimanis Regula Beati Augustini legatur  
 ad mensam die Sabathi, vel alio Competenti. Et si nõ  
 sufficit regula, addatur aliquid ex carta vel statuto, vel  
 ex glossa Hugonis, vel Humberti super Regulam etc.

**De lectione Regularij Sap: xxx.**

**Q**uod discendi studio dediti sunt in parte claustris  
 hi simul discant. Ceteri vero omnes cellas miter  
 sibi discipline sedeant, legant et orant, ut tanto selectio-  
 rit nulli alium impediatur. Lectio quippe regularis iuxta  
 regulam singulis diebus certa hora est facienda, hoc est  
 hora 12 post prandium. Quando vero est ieiunium  
 hora secunda post meridiem. Et debet lectio ad minus  
 ad utramque horam seruari. Et sit fructuosus sit labor  
 lectionis, singulis seruidum Consilium Decani a librario  
 concedantur libri sibi utiles, et materias incertas con-  
 tinent

trahent usq; in finem. Visitet etiam Decano frequenter  
 cellas fratrum, et videat diligenter ut quid quisq; legat ut  
 p hoc valeat frim diligentiam perpendere, et negligētia  
 redarguere. Nōs deniq; qm predicator habent uel colla-  
 tiones f. ceter aut alios instruire, sufficientes libri grae-  
 dantur. Et collecta talium, quib; indigent, non fa-  
 cilliter distrahuntur: Scribere vel corrigere libros, qui  
 p lectione regulari valent, p eadem reputari potest.  
 tamen si necessitas non cogit ppter hoc lectio regulari  
 omitti non debet.

**De ingressu ad dormitori-  
 um et sui recollectione post completorium**

**F**inito Completorio pgit totus Conuentus in dormi-  
 torium stans ibidem p choros, quosq; data file-  
 rit p ebdomadarium, benedictio dormitorij:

Deinde unusquisq; transiens ad locum suum cum silentio  
 intracet, quicquid in die fecerit, aut locutus fuerit, uel  
 cogitauerit, et de perpetrato opere bono gratias Deo agat

De culpis autem et negligentijs veniam a deo postulet.

Cantent deniq; diligenter: Priuato et fratres, nesciant  
 sisiones nocturna post Completorium ubi silentium

Soluitur

Solentur, aut bibitiones fiant, nisi aliqua necessitas  
aut adnotum notabilem hospitum, interdum aliud requirit  
**L**ampas in dormitorio, p totam noctem ardeat, estate  
et hyeme, cui providere habet Custos ecclesie: **A**mitama-  
lutina omnes fratres ad dormitorio reuertantur, ni-  
si confessionis vel orationis causa quis habeat aliquan-  
tulum in ecclesia p manere. **E**t in hyeme, q se cale-  
facere volunt, cappas vel superlicia in suis prius exuat  
cellis, sicq intrent calefactorium: deinde calefacti, non  
modo ibidem pmaneat, sed ad dormitorio reuertat  
cum silentio et sine strepitu. **I**n vestibulo pinde nocturnu-  
liby nunq apparant in conuentu nec nudipedis, et ultra  
vnam horam post matutinas nulli se absentet a cella sua  
ibiq repanset eadem disciplina qua prius. **H**abentur etia  
in calefactorio post matutinas ardens candela p com-  
munitate, quam et procurator administrat: **S**imiliter  
et post Completorium et hoc tempore hyemis. **I**rdnat  
autem tam diu, quousq se calefacere possint. **D**einde extin-  
guatur p vltimum exantem propter succensionis pericu-  
lum: **N**ac etiam de causa nullq portet lumen ad cella  
vel ad lo..

33  
vel ad locum secretum, nisi in locis ubi foras: **V**olunt  
insuper ut secretum loci, equaliter omnibus fratribus pateat  
sicque taliter integritatis disposita, ut nullus ab alio videri possit.  
**I**bidem denique summa semper teneatur maturitas et silentium.  
**P**ost completionem Platy vel Decany cellas firmi visitet  
presentiam vel absentiam ipsorum scrutando: **E**t cum opere  
etiam post matutinas, ne forte aliqui vigilando se gravent  
et sic postea impotentis fiant ad vigilias regulares. **S**int  
denique foras dormitorij, refectorij, ambity et chori diligentiter  
seruate, die noctisque, precipue tempore dormitorij. **S**i quis  
autem seruis infringent, vel alias standulenter exierit dor-  
mitorium, seu ceteras clausuras monasterij, is poen-  
gravioris culpe puniendus foret: **S**ingule etiam celle  
in parte anteriori fenestellas semper apertas habeant:  
**Q**uicumque per graves nequas et huiusmodi in dormitorio celu-  
ros inquietauerit, poenis dignis subiacet. **C**ustodiatque  
inde diligenter, ne quis inquietet ceteros precipue in dormi-  
torio existentes, et non tantum ut signa, que manus sunt de-  
sint, sed et iudicij oculorum nequaquam dirigant ad lectu-  
m illius fratris, ut illic vel per momentum taceant. **C**eteris de-

**E** mig

niz dormientibus nulli p̄ter licentiam Plati a Dormi-  
torio se absentet. **D**raposito tamen et officialibus, quibus  
auctoritas effugit suspicionem; licet ad tempus sub dor-  
mitione ex necessitate abet: **Delectis et nix**  
**fr̄m et disciplina in dormitoriis. Ca. xxxij**

**O**mnēs simul in dormitorio nisi quōm in t̄mi-  
tas aut Senectus id facere prohibuerit, dormiant  
et singuli per singulas cellas et lectos quiescant: lectistru-  
cia secundum dispositionem P̄positi accipiant. **E**t si fieri pot-  
est matronium de lana, duo cūssini de plumis, duo linthe-  
amina. Tectura de panno uel pellibus sufficiens: mitral-  
la nocturnalī: **N**ec ḡmūmter concedantur nisi ex ali-  
qua necessitate aliquid foret addendum. **Q**uod  
fieri debet ad placitum P̄positi. **I**n lectis suis fratres  
cum disciplina se collorent vestiti cum p̄s et sordidus noc-  
turnali nudati desuper, cinctiq; cingulis dormiant. **D**urici-  
non sine callig; limis et femoralibus inquam quiescant, fe-  
moralibus semper utantur die nocturne: **N**ictal indecens aut  
inhonestum gratius in dormitorio, nec quicq; aliquem  
in quietate p̄sumat. **C**aveant sum̄opore fr̄es ne quicq;  
indecentis

inhospitalium vicellis eorum appareat. Omnia enim honeste et ordinata debent esse in religione. **De custodia dormitorij et cellarum et de purgatione earum. Et quod nullus alterius intret et qualiter de cellis fratres sicut vocantur etiam. xxxviii.**

**I**n dormitorio et cellis, omni tempore cum silentio et quiete considerentur, et omnis strepitus deuitent, ibique comedere uel bibere nullus presumat nec permitatur. Etiam dormitorium et singula cella mundè et honeste teneantur: Purgatio dormitorij committenda est alicui de familia monasterij, sed quilibet pergit cellam suam per se et quotiens necessarium fuerit. Si quis in hoc negligens reperiatur, in capitulo per Prelatum aut Residentem reclametur: Nullus frater cellam alterius, nisi in presentia uel absentia inhabitantis ingrediatur sine licentia speciali superioris, que tamen absque magna et rationabili causa non est concedenda: Si quis alium de cella uult uocare non in hospitiat sed ab extra manu moderare pulsset: Dormitorium per ceteris habitacionibus monasterij diligenter custodiatur, ne extranei aut familiaria

milia, et precipue sexus femineq; ingrediatur: Viri  
tamen honesti de licentia Plati, p[er] edificatione co-  
rum quandoq; introduci possunt: *Ex carta:*

Provideatur etiam de firma clausura dormitu-  
rij et chori et alior[um] locorum necessariorum.

*De rebus ad cellas ocedendis, q[ui] fratres sibi in  
vicem nihil concedat ultra triduz sine licentia.*

**I**tem sunt fratrib[us] ad cel- *Capit: xxxiii*  
las concedenda, primo omnia neces-  
saria ad scribendum: Omnes enim  
quantumcumq; fieri potest, discere debent scri-  
bere, et cum non possunt, legere uel orare, saltem  
scribendo temp[or]e in cellis utiliter deducant. *Secun-*  
do omnia necessaria ad uendum. *Item* nullos  
libros in choro necessarios in cella retineat. Nec  
aliquid sit reponat, ut a superiore uelit fore occulta-  
tum, quia p[ro]prietarius esset p[er] hoc curam D[omi]ni. Unde  
cum sit reponant, ut facile conspici possint a stru-  
tatore: Et si ipse interdum aliquid exportauerit  
non debet quis ex hoc murmurare, aliqui si p[ro]p[ri]o  
p[un]iatur

35

pūniatūr Si tamen aliquo indigeat ꝑ aliquā neceſſi-  
tate, proponat eam ꝑlato, et ſicut inde diſpoſitū  
fuerit contentetur. Item imagines pictas ad deuoti-  
onem excitantes fr̄es habere poſſunt. Item cedulas  
confeſſionem caute reponant, ne quis etiam ꝑlato  
eas inueniat: Nulli enim tales legere ꝑhas eſt. Veſti-  
menta uel lectiſternia et huiusmodi alicui conaſſa nō  
debet ipſe alteri ꝑcedere neqꝫ ab alio talia recipere, neqꝫ  
alia hys minora, fratres ſibi nihil mutuo ꝑcedere de-  
bent debent ultra tres dies abſqꝫ licentia ꝑſidentis.

Neqꝫ etiam aliquis talibꝫ ſi caſu alicubi inuenerit uti  
debet, uel ad cellam ſuam deferre abſqꝫ uoluntate et ſcitu  
illis cui conaſſa ſunt, ſed eidem reſtituere uel ꝑſideti.

### De forma et honeſtate habitꝫ Canonicoꝝ

**S**anctꝫ Auguſtino In Regular: xxxv.  
Regula de habitu Canonicoꝝ ſic ait. Nō  
ſit notabilis habitꝫ uel ſter, nec affectetis ueſtibꝫ ꝑla-  
tere ſed moribꝫ: Super quo hugo de Sancto Virtore in  
expoſitione regule ſic dicit: fecit uir Sanctꝫ quod do-  
cuit: Scriptum eſt enim quod ueſtimeta eiꝫ et calcia-  
menta

imenta, nec nimium nitida, nec plurimum abiecta  
sed ex moderato et competenti habitu erant. Ipse quoque  
de se dixisse legitur. **F**ateor de preciosa veste erubescere.  
Non enim decet hanc professionem: Talia debent esse  
vestimenta clericorum, in quibus nihil nouitatis  
aut vanitatis aut superfluitatis sit, nihil quod perti-  
neat ad superbiam et vanam gloriam: **F**eromus.  
Non tenera vestis sed mundicia mentis orationem  
facit clericum: **I**n supradictis verbis licet **S**enato  
**A**ugustinus non exprimat formam habitus **C**anonicorum  
**R**egularium; tamen ut uniformitas seruare possit de-  
cet Religiosos et **C**anonicos istius **M**onasterij videlicet  
**W**aldfee, talem volumus ut deseruant habitum.  
**O**mnes tunice **P**ropositi et fratrum de albo tunc  
panno fiant: **M**aiores tunice sint moderate am-  
plitudinis et longitudinis, ita tamen, quod cincte  
terram non tangerent. **A**b ante aperte sint usque ad  
genua. **M**anice moderatam latitudinem habeant.  
**P**ellicea maiora sint similiter formata, ut tu-  
nice maiores. **A**lmucia sint pellicee, intrinsece et extra  
de pellibus

36

De polliibz tantum agnellinis: **F**estivale tamen almu-  
nium **P**relati sicut consuetum est admittimus: **B**ir-  
retis vero lanceis uti possunt nigris, mitis et extra mo-  
nasterium, quorum dispositio committitur arbitrio  
**P**latorum. **C**arniseis utantur de mediocri panno li-  
neo ab antea apertis usq; ad Umbilicum, et ultra genu-  
a ptenfis, cum manicis simplicibz. **S**orrora nec sint  
nigata uel plicata, in longitudine usq; ad mediam ti-  
biam, et in lateribz circa oram clausa sint, in lati-  
tudine quatuor digitorum. **N**unc habitum volumus ut  
fratres die noctuz deferant mitis et extra cellam:  
**Q**uia demiq; temerarie uel frivole eum deponant  
ne sententiam excommunicationis incurant de facto.  
**S**uperbia festivalia et Sororia fiant de panno suffi-  
cienti ad honestatem decentia. **F**erialia vero de sim-  
pliciori: **I**dem fieri volumus et in ceteris vestimentis  
ad honestatem pertinentibz: **P**allia, **C**alige, **C**appe  
et **C**appucia, tantum de panno nigro fiant: **H**abeantq;  
pallia incisiones a lateribz ad extendendum brachia.  
**C**ingulis semper utantur simplicibz et nigris lati-  
tudinis

dinis competentis, cum ferreis fibulis et circulis,  
pro cinctura necessarijs, ornamentis ceteris amotis  
Calceis etiam utantur simplicibus, longis uel breuibus  
prout Praepositi disposuerit in monasterio uel extra  
Similiter et burse sint absq[ue] curiositate.

**Quod fratres uniformes sint in usu vesti-**  
**um et quales vestes deferre habeant in**  
**hieme uel aestate. Capitulum xxxvi.**

**P**repositi et fratres in choro, Capitulo  
refectorio et ceteris publicis locis semp[er]  
uniformes sint in usu vestium quorum  
cumq[ue] precipue superliciorum Capparum, Sarra-  
corum et almutiorum, nisi ex causa rationabili ali-  
cui aliter foret pmittendum: **A** festo pasce  
usq[ue] ad festum omnium sanctorum ad matutinas  
usq[ue] post sextas, demde ad vigilijs et vespers om-  
nes deferant superlicia. **S**ed a die omnium anima-  
rum usq[ue] ad vigiliam pasce ad matutinas et dema-  
ne usq[ue] post sextas. **D**emde ad vigilijs et vespers  
exceptis summis festis, et aliquibus duplicibus, migras  
deferant

37  
deferant Cappas superpositis tamen almutis: Ad no-  
nam autem et Completorium nisi nona predat pub-  
licam missam uel alias esset ante prandium cantanda  
Ad mensam et alijs locis et temporibus ubiq; ambu-  
lent in sarrocis per totum annum. A festo uero san-  
cti Georgij usq; ad festum sancti Michaelis ex-  
clusiue sulis superlicis induimur: A festo autem  
sancti Michaelis usq; ad festum Georgij exclusiue  
super induimur almutis.

### De Balneo Ra- tura et Tonsura. Capitulum xxxvii

**Q**uamuis secundum Regulam videantur  
balnea sanis non concedi, quia tamen bal-  
neorum usus, longo tempore introductus est, et tota-  
liter ab ipsis balneis abstinere, aut nonnum aut  
nimis graue censetur. Adcirco ut ad ceterorum obser-  
uationem libentis et frequentis fratres procedant  
indulgetur ut in monasterio semel in mense, nisi sub-  
sit causa rationalis, et ut prepositus ordinauerit uti  
possint balneis. Et dum conceditur, fiat bene custodito  
pudore, et nunquam inter personas seculares, et indui sar-  
rocis.

nocturnalis. De uentibus colloquia secularia et  
scurrilia: Singulis etiam Septimanis quibus non ha-  
bet balneum, semel tantum fiat locio uel rasura ca-  
pitis in stuba ad hoc deputata. Rasura capitis sic  
fiat, ut Corona capitis, clericorum professorum et no-  
uitiorum, sit maior secularium sacerdotum. Cursu-  
ra sit usque ad medietatem aurium. **De minu-  
tione sanguinis et disciplina minuentium.**

**S**iquis fratrem uoluerit san- **Cap xxxviii**  
guinem minuere, prius in Capitulo licenti-  
am petat, qua adeptus, minuat, et per triduum in  
Infirmaria manens, quibuslibet necessarijs utatur  
quarta uero die pastis unica refectio in infirmaria  
redeat ad Comuentum, et in primo Capitulo: uenia  
petat. Minutio igitur sanguinis, temporibus congruis  
petita, fratribus indigentibus permittatur. Prelatus  
tamen in hoc caute agat et cum consilio medicorum, quan-  
do commode haberi potest, ne admittat ubi obesse aut  
non posse putatur. Data autem licentia infirmarij  
prouideat de singulis necessarijs ad hoc, puta, uasa, liga-  
turas

turas et huiusmodi, et per tempo minutionis cum con-  
 silio procuratoris, honeste, secundum qualitatem  
 temporis, minutoribus procurabit ut lautius praestetur  
 quam ceteri: Nunquam totus Conuentus aut maior pars  
 simul minuant, aut propter minutionem extra refec-  
 torium commedant, sed semper aliqui aut maior  
 pars in refectorio edat cum lectione more solito,  
 Post Completorium hora debita sicut et ceteri  
 ad cellas dormituum vadant.

**De infirmitate et infirmis, Capitulum xxxix.**

**O**ebet a prelato mansio infirmorum ac  
 senum intra Clausuram Canonicorum fe-  
 ri ubi suam possit aptissime tollerare inbe-  
 cillitatem, quatenus ibidem et subsidijs Ecclesiasticis  
 quibus indigent, et fratrum amuniculis misericor-  
 diter sustententur, erga quos oportet ut ceteri fra-  
 tres magnam exhibeant charitatem, scilicet ut eis  
 operando subueniant assiduis visitationibus et scrip-  
 turarum sanctarum consolationibus, necnon ammi-  
 nicula necessaria prebeant, ut impleatur in eis illud E-  
 uangelicum

euangelium: **A**nfirma sui et visitastis me. **A**nfirma ..  
ria quantum fieri potest sit constructa cum omni ..  
bus que p sanandis aut patientis tollerandis infirmi ..  
tatis fratrum, fieri debent in officinis et distinctione  
camerarum et lectorum cum suis attinentijs. **E**t in  
his **P**relaty magnam diligentiam adhibere debet  
ne (quod absit) per negligentiam **P**uisionem **P**latorum  
detur subditis occasio incidendi iniuriam proprietatis  
a quo p benignolam **P**uisionem **P**relatorum facile pr ..  
seruantur. **Q**uando aliquis fratrum infirmitate  
urgente compellitur egredi de Conuentu, **P**residenti illud  
nisiunt, et licentiam egrediendi petat, qui statim in ..  
firmarium uel alium eo absente, infirmum sequi  
iubeat, et quod ei opus est impendat. **D**emum ipse  
presidens quantum poterit, ipsum visitet, et de in ..  
firmitate eius inquireat. **Q**uia cogita, infirmari  
causam eius committat: **A**ncipientes infirmari, si in ..  
firmitas periculosa fuerit et timor de morte, statim  
confiteantur, et sacramentis ecclesiasticis procurentur  
**A**nfirmi ambulantes et diu decumbentes, si non sunt  
**P**rospiterij

presbiteri ad missam confiteantur et communicent sicut  
 ceteri fratres: Si uero sunt presbiteri, plures id faci-  
 ant aut celebrent per se cum possunt: Nota nulli demum  
 sacerdotum ultra triduum abstineat a celebratione mis-  
 sarum sine legitima causa et licentia prelati. **Infirmario-  
 rum sunt genera. Quidam qui lecto prostrati decumbunt. 1**  
**2** Quidam qui modo decumbunt modo surgunt, nec mi-  
 nus ab illis qui prostrati decumbunt infirmantur, ut sunt con-  
 muniter qui febribus tertianis pulsantur: **Et quidam 3**  
 sunt qui iam de infirmitate convalescent et ambula-  
 re possunt sed per reparationem virium adhuc manent in  
 infirmania. **Primo duobus non est lex in cibis uel in sitib-**  
**us et alijs obseruantijs imponenda, sed fiat de ipsis ut**  
**necessitas requirit: Tertij uero habeant consuetum**  
**modum viuendi, secundum decretum presidentis.**  
**Postquam munitus fuerit aliquis frater noster, cuiusq;**  
**etatis, vigilare debent super eum duo fratres, aut duo famu-**  
**li, unus ante matutinas, alij post matutinas gratias per**  
**octo dies quod taliter distinguimus. Decano et iunior**  
**in ordine primum seruabunt. Deinde qui sequitur deca-**  
**nium**

nūm, et quī est iūnior in ordine iūnior aut dicto et sic  
de alijs: Et si supervixerit vito dies famulhis seu conuer-  
sis omittatur, deinde pūdendus.

### **De exequijs in obitu fratris ca. xxxv**

**O** E hijs qui moriuntur ita observandum est  
in hoc monasterio. Dato signo & agonizante  
totus conventus concurrat ad infirmum et ibidem  
per choros legant frēs quinquagenam videlicet psal-  
mum **A** Beati immaculati usque ad Omnis spiritus  
laudet Dominum. Quia finita addatur psalmus 49  
penitentialis videlicet **M**iserere mei deus; cum do-  
minica oratione. & et collecta & percatis, et hoc si no-  
dum obierit. Si autem iam mortuus est addat  
psalmus **D**e profundis, cum vers: et collecta & defuncto  
famulo. Eandem etiam orationem postea persolvere  
qui tunc absentes fuerunt, quacūq; etiam ex causa, ta-  
men in privato. Mortuo infirmo convenienti tempo-  
re, cantentur vigilijs maiores. Prelato in capitulo, vel  
**E**cclēsia, fratres singuli in circuita sepehantur, et pla-  
cebo circa sepulturam de sero post vesperas dicatur et de  
mane

mane in officio mortuorum fiat commendatio p[er] es, et  
 omni Dominica in ambone p[er] totum annum. Post of-  
 ficiū defunctorum eadem die uel sequenti, immediate  
 conueniant omnes fr̄s ad Capitulum, dictisq[ue] cul[is] suis  
 p[er]it moris est omnes recipiant corporalem inter ap[er]tas  
 disciplinam. Prelaty a Decano, ceteri uero a prelato.  
 Vicantq[ue] interim istos quinque psalmos quinque: **Verba mea:**  
**Domine ne in furore.** **primū:** **Dilexi quī:** **Credidi:**  
 et **De profundis:** cū Dominica oratione: **P[re]t collecta**  
**p[er] defuncto famulo:** **Addantur etiam collecte Deus**  
**uene.** et **Fidelium deo:** **Denide commendeto orationib[us]**  
**fratrum:** **Iuxta tricesimū omni die legat[ur] pro co-**  
**missa defunctorum per uacantes, secundū dispositio-**  
**nem Platj:** **An septimo et tricesimo atq[ue] in primo an-**  
**niuersarij solūmodo die, minoris uigilie cantentur, et post**  
**Vesperas uisitetur sepulchrum eiq[ue] cum placebo.** **De ma-**  
**ne uero officium defunctorum similiter et placebo ha-**  
**beat[ur] ut in sero:** **Denide iterū commendeto orati-**  
**onib[us] fr̄m in capitulo:** **P[re]ter predictas missas infra**  
**annum, unusquisq[ue] sacerdos conuentualis legat trigin-**  
**ta missas**

Qui vero non est **Sacerdos** dicat **cc.** **Pr** noster cum to-  
tidem **An**e Maria. **S**acristanus tempore trivarij cot-  
tidie diligenter inquirat et sciat. quis missam tricesima-  
lem sit lecturus et utrum legatur uel non. Nam missa  
tricesimalis sine intermissione optimari debet, et sic mis-  
sa in die obitu tantata p prima computatur, in 7mo  
pro septima: in tricesimo p tricesima: **P**rovideat de-  
nis sacristanus diligenter ut in die depositionis septi-  
mi, tricesimi, atq primi Anniversarij Sepulchrum  
defuncti sit ornatum de meliori tapetia et quatuor ce-  
ris accensis ibidem tempore vigilijs placebo et missa-  
rum sollempnis: **A**tem provideat ut p totum tricesimum  
cotidie sub placebo et missa **C**onruderin, ardeant duo  
Cervi super sepulchrum defuncti excepta tapetia. **A**n-  
niversarij **P**relati novissime defuncti, omni anno die  
Competenti, cum vigilijs minoribus tantatis placebo et  
officio defunctorum, peragatur usq ad obitum sequentis  
Prelati. **T**unc autem idipsum fiat sequenti, quod faci-  
endam duximus precedenti, et hoc consequenter de omnibus  
subsequentibus fieri decernimus: **I**n obitu frum aliorum  
monaste.

monasteriorum nobiscum fraternitatem habentium  
 fiat secundum tenorem contracte fraternitatis,  
**De Anniuersarijs generalibz omnium**  
**frum et Soroz Atqz benefactorz huius Mo.**

**Q**uater in anno scilicet in **monasterij Sa: xli:**  
 quibus videlicet Angarijs 4<sup>o</sup> temporum diebz  
 ad hoc aptis habeatur memoria omnium platorz  
 frum Sorozorum parentum Consanguineorum et bene-  
 factorum nostrorum, cum Vigilijs maioribz cantatis,  
 placebo et officio defunctorum, dicanturqz quinqz Psalmi  
 scilicet Verba mea auribus 25 Dñe ne in furore punias:  
 Dilexi: Credidi: et De profundis. Cum dominica ora-  
 tione: et collectis tribz videlicet Beati petri: Deo  
 Venie largitor: ut nre Congregationis frs et Soroz: parentes  
 et consanguineos, benefactores, et nobis commissos qui  
 ex seculo 25. Fidelium deo 25. Quilibet demiqz Sacer-  
 dos vacans eadem die legat vnam missam pro eisdem  
 Non sacerdotes quinquaginta Pater noster cum toti-  
 dem Ave Maria: Item fraternitatem literariam  
 contractam paulo ante visitationem, cassandam esse om-  
 nino

**F**

mino

mino decernimus, tūm ppter miserarūm fundatarūm, iac-  
turam, tūm, non immodicūm Prūdiciūm fratrum pce-  
dentium et sequentium, tūm ppter noue vite conser-  
uationem et pperitatis, abdicacionem, tūm etiam ppter  
legitimam uisitationem et reformationem.

**De Anniuersario fundatoris et de memoria pa-  
rentum et sanguineorū et de commemoracione om-  
nium Animarū: Capitulum xliij: ~ ~ ~**

**O** Anni anno 12 die mensis May, est Anniuers-  
sarij dies fundatoris huius Monasterij: Adir-  
co ordinamus, quatenus singulis annis eis Anniuersarij  
dies sollempniter pagatur eodem die, cum trina p-  
pulsatione omnium campanarū: In sero cum uigilijs  
maioribz cantatis et placebo: In mane uero cum  
officio et ministris indutis, cum optimis nigris dal-  
maticis Prelato officiante, n̄ absentia uero, Decano:  
Feretrum etiam aptetur cum candelis in medio cho-  
ri inferioris. Volumus et ordinamus etiam, ut p remedea  
anime sue detur larga elemosina id est panis albi cum  
denario uniusqz petenti eam. Et hec elemosina licet in-  
tinanda

42

timanda sit ni ambone, non tamen specifico. Fiat etiam  
pro eo commendatio ni ambone, dominica praudentij.  
**E**t ni capitulo cum quinque psalmis supra mentionatis.  
Singulis etiam annis, post festum omnium Sanctorum die  
ad hoc apto peragatur memoria omnium parentum  
amicorum et Consanguineorum nostrorum cum vigilijs  
tantatis et placbo et officio defunctorum, et ni Capitu-  
lo iterum istos v. psalmos supra notatos cum tribus alle-  
ctis. Item ni die omnium Sanctorum habeantur post  
prandium tempore debito, vigilijs maiores cantate p om-  
nibus fidelibus defunctis, cetera vero omnia peragantur  
tam ni officio diurno quam nocturno sequentis diei  
secundum breuiarium constantiensis diocesis et lauda-  
bilem consuetudinem hucusque introductam: Habeantur  
etiam v. psalmi ni Capitulo ut supra. In omnibus  
supradictis Anniversarijs quilibet sacerdos vacans le-  
gat unam missam. Non vacantes imponat unam col-  
lectam: Non sacerdotes, dicant quilibet p se quinquaginta  
Pater noster cum totidem Ave Maria. In qua-  
libet demum missa p totum annum ni Canone maiorij  
Circu

circa memoriam defunctorum, quilibet memoretur  
omnium fundatorum, benefactorum, parentum,  
et consanguineorum, fratrum, sororum huius mo-  
nasterij: Predicta etiam omnia Anniversaria,  
scribantur ad kalendas mortuorum, et omni Angaria  
legantur in Capitulo cotidiano, ne oblivioni tradantur.

**De Commemoratione B: Marie Virginis. S:  
Augustini et omnium patronorum huius monasterij**

**O**mnis hebdomada die. Capitulum xliij.  
Sabathi uel alia feria vacante, ab octa-  
ua pasce usque festum Pentecostes. Deinde ab octa-  
ua Corporis Christi usque ad ultimam hebdomadam ad-  
uentus Domini. Deinde ab Octava Epiphanie usque  
ad diem Cinerum exclusiue, habeatur Commemora-  
tio Beate Marie Virginis, cum pleno officio, nonum <sup>sen</sup>  
lectionum secundum signaturam scriptam in perga-  
meno, ita tamen quod per hoc feria habenda per domi-  
nica in suo die non habita, nullo modo negligatur.  
Et si die fuerint ferie vacantes, in eadem hebdoma-  
da, et dominica est habita, tunc alia feria habeatur  
commemo ..

commemoratio **S**eati patris nostri **A**ugustini cum  
 pleno officio seu novem lectionum ex biblia, cetera vero  
 omnia, ut de uno **C**onfessore et pontifice: **S**inero tres  
 fuerint vacantes in eadem hebdomada, et dominica  
 habita, tunc in tertia feria habeatur **C**ommemora-  
 tio omnium patronorum huius monasterii seu ecclesie  
 cum **ix** lectionibus ex biblia, cetera vero omnia ut  
 de pluribus martinis: **C**ommeratio tamen **S**eati  
**A**ugustini et patronorum solummodo habeatur ab oct-  
 avia corporis xpi usque ad **A**dvencium domini, recessive  
 et deinde ab octava **E**piphanie usque ad diem **C**inere.

**D**e fraternitate laicali rōs nobiscum contrahē

**Q**ui fraternitatem laicalem **da**: **C**ap **xliiiij**  
 nobiscum contrahere desiderant, in sinu et  
**P**relato, **D**einde **p**relatus in **C**apitulo: **E**t si plu-  
**r**uerit fratribus ipsam recipere, quod tamen de faci-  
**l**i fieri non debet, constituatur sibi dies et hora, quia  
**a**d ecclesiam veniat, ibique si clericus est, induatur supli-  
**c**io et eo ante altare ad gradum flectente fratres  
 circumstant, induti superliquis. **P**relata vero in  
 duto su...

mita super pellicro et Cappa Chorali serica et stala,  
psalmi dicantur. Misere mei Deus: Deina in oculos  
meos. et Ecce quam bonam. Cum Dominica oratione.  
**Q**uia finita Prelatg dicat: Et ne nos indignas.  
**D**ne non secundum peccata facias nobis. Saluum  
fac seruum tuum (vel seruos tuos). Domine exaudi  
orationem meam: Domine vobiscum: Oratio.  
**O** Domine Deus patrum nostrorum qui dixisti ubi  
fuerint Duo uel tres congregati in nomine meo. ibi  
sum in medio eorum, tu hodie medium nostrum  
esse digneris, et huic nostre societati manum miseri-  
cordie tue impende, ut per te vera et stabilis in bono,  
nostra deuotione perseveret, ut tuis mandatis obe-  
dientes, et p. inuicem orantes te gubernante salua-  
ri mereamur et corde et Corpore ad beatitudinem  
aeternam valeamus peruenire. Qui cum Deo patre  
Oratio **S**uscipiat te (uel uos) in consortium elec-  
torum suorum (hic Capiti eig uel eorum manu in-  
ponat dicens) et nos suscipio te, uel uos, in nomi-  
ne eig edocti, mouitis eig, in nostris orationes uel con-  
sortium

44

Sortium uere fraternitatis et Charitatis ut ipse corda  
nostra et mentes in sancto suo seruitio faciat unanimes  
qui nos ad hunc diem concessit puenire incolumes. **Quia**  
**Deo** patre **is** **Deinde** cum aqua benedicta eum (uel eos)  
aspergat et postea participem faciat eum prelatiis om-  
nium bonorum dicens. **P**articipem et consortem omnium bo-  
norum te (uel uos) omnipotens et misericors dominus. **Ame**  
**E**t quantum in nobis, nos te, (uel uos) participem facio  
orationum et omnium bonorum aliorum, que deo p nos  
dignabitur operari. **Deinde** commendat ei (uel eis) Con-  
uentum, et dicat sibi (uel ipsis) quid p defunctis de Con-  
uentu debeat facere, videlicet si prespita est, legat mis-  
sam pro defuncto fr̄: **S**i laico uel laica dicat 30 pa-  
ter noster cum totidem **Aue Maria**. **E**t si habet mi-  
nimum pauperem semel ad mensam: **C**ommittatq;  
sibi uel ipsis quod p moueant et defendant **C**onuentu  
et famam eiq; ubiq; quantum possunt uerbo et facto  
**Q**uando autem obito unig fratris uel plurimz, lay-  
cam fraternitatem nobiscum habentium nobis inno-  
tuerit, unam missam lectam habemus. —

## De nouicijs recipiendis Cap: xlv :~

**Q**uando aliquis se cepit ad Communem vitam transferre et probationi religionis nostre submittere. Primo Prelato intentionem suam proponat qui eum in privato examinet. Nam Adolescentes infra .18. annum non sunt recipiendi, nisi maturitas morum defectum Anorum, uel indigentia Monasterij in personis cogat. Interrogatq; Prelatus **Cur effici velit Religiosus**: Si de aliquo monasterio exierit. Si uoto se obligauerit aliam religionem intrandi: **An liber sit**: **An legitime Natus**: **An Matrimonium p uerba de presenti aut de futuro, copula Carnalisequente contraxerit**, quia tunc impetus foret. **Item si excommunicatus uel irregularis fuerit**. **Si occultam et incurabilem infirmitatem habet** ppter quam labores religionis ferre non posset. **Si sit in magnis debitis seu ratiocinijs obligatus**. **Item an legere et cantare sciatur**: **An ad Sacros ordines promoueri possit**, dicatq; ei quod in promissis nil celet, quia postea in Capitulo de omnib; talib; super conscientiam suam examinabitur.

examinabitur, ante iudicium, et quod melius est abiq[ue]  
nota desistere, quam postea p[ro]pter impedimenta repelli.  
**P**roportionabiliter queratur ab hijs que de alijs monaste-  
rijs aduenerint, et de licentia ipsorum, et si p[ro]fessi sunt  
utantur habitu p[ro]fessorum) Et si non inuenierit impedi-  
mentum, dicat se cum fratribus suis in capitullo uelle  
deliberare, et quod p[ro]ponat petitionem et qualitatem p[ro]u-  
ne petentis: Et si persona ignota fuerit, poterit p[ro] or-  
cusionem aliquam Conuentui ostendi ad uidentium. Nec  
**P**relatus absq[ue] consensu Capituli, uel saltem maioris aut  
Sanioris partis aliquem suscipiat ad probationem, iudici-  
tionem et professionem. Cauent autem fratres dilige-  
ter et **P**relatus, ne in receptione nouici pecunias, aut  
quicunq[ue] alia bona, ad quoscunq[ue] usq[ue] deputanda petere  
p[ro]sumant, propter periculum Symoniae uitandum, quod  
in huiusmodi postulationibus, faciliter possit accidere: Et  
ne quod absit penas grauissimas p[er]petrantem Do-  
mini Urbani quanti, qui incipit. Ne in vinea fulmina-  
tas incurrant: Sponte tamen oblata, quantacunq[ue]  
sint, non interueniente aliqua corrupta intentione reci-  
pere licet

pere licet. **Rajmandus** etiam et **Thomas** dicunt, cor-  
ta ingressum Symoniacum in summa, quod si Symo-  
nia comissa fuit, scientibus, qui recepti sunt, de suo mo-  
nasterio debent expelli, sine spe restitutionis, et debet  
ad agendam perpetuam penitentiam in locum artionis  
reverti retrudi. **Extra eodem. Qui Symoniaca.** Si  
autem Symonia fuit comissa ipsis ignorantibus  
sufficit quod renunciarent loco, et postea poterint de-  
nuo recipi, mutatis tamen prioribus locis: **Tales etiam**  
qui sic commiserunt Symoniam, et participes eorum  
incurrunt excommunicationem, nec absolvi possunt ci-  
tra sedem Apostolicam. **Sint autem** tam petentes quam  
recipientes cauti in hac parte. **Quando Novitius ad p-**  
**bationem receptus fuerit, Dominus preposito terminum**  
sibi assignet, informetque eum ut sua negotia disponat, ne eis  
de postea cogredi oporteat, quia postea egresso non facile  
conceditur nisi ratio et pregnans causa exposculet: **Cum ve-**  
**ro redierit, primum per pedagogum ducatur ad oratoriu**  
et facta ibidem oratione ducatur ad conventum fratrum  
ducaturque presidens. **Dñs custodiat introitum tuum et exitu**  
tuum

46

Omnes respondeant. **E**x hoc nunc et usq; in seculum.  
Tunc omnes suscipiant eum atq; orationib; fratrum p  
presidentem commendet. **I**psaq; similiter gratias agat  
deo et fratrib; de benigna sibi receptione, et commendet  
se eis ut orent pro se. **D**einde magistro novitiorum com  
mendetur: **E**t illa iuxta ordinationem ad cellam sibi  
assignatam et preparatam cum singulis requisitis, per  
vniarium, ducat. **S**icq; maneat in Conventu in ha  
bitu suo tandiu, donec appareat, qualis existat, ad  
ming tamen, quatuor vel quinq; hebdomadis, secundu  
quod videbitur, differens tempore illo, superlicium, uti  
solet refectorarij: **I**nterim cum omni evansuetu  
dine predicentur ei paupertas domus, asperitas rebigi  
onis, et arctitudo loci, severitas disciplinæ, et quantum sit  
labor, in illius professionis observantia, quamq; gravis  
casus in transgressione eor; que ad rigorem regularis dis  
ciplinæ pertinent, ut pbetur feruor desiderij illius atq;  
nitentio: **I**nterim etiam mores atq; et qualitates eius  
diligenter consideranda sunt: **E**t si ad ea que postulat  
possit idoneus ee: **E**xponatq; fideliter novitij magistro  
suo

suo omnes necessitates suas corporales et spirituales,  
et precipue tentationes, in primena conversione oc-  
currentes. **Qui** enim hoc faciunt, faciliter a Deo  
consolantur. **Qui** vero negligunt sepe vincunt et  
de monasterio descendunt in periculum animarum  
suarum. **Admonentur** etiam ut non sit elatus, in-  
dus, iracundus, aut murmurans, non verbosus, aut  
stirilitatem amans, uel leuitatem mentis ample-  
tens, non gula dedito, non negligens aut accidiosus,  
non oculis vagans aut petulans, aut leuis in resu.  
**Audacia** pre omnibus reprimenda est in nouitijs, sed  
per omnia grauis, maturo at bonis ac obediens. **Ma-**  
**gister** Nouitiorum regulam **Sancti Augustini**, et ali-  
os utiles tractatulos ad legendum nouitio tribuat,  
**Salutaria** monita ei conferat, et ad confessionem gene-  
ralem, quam facere habet ante inductionem, simili-  
ter et ante professionem instruat. **Et** si est immodatus  
aliquo casu excommunicationis, ante absolutionem  
non permittit cum ordinem suum exequi uel ordinari.  
**Si** Nouitio quasdam res, quoquo modo censeantur  
secum

47

seruim attulerit scriptis amotentur, et sub communi  
custodia mitata seruentur, nisi ipse sibi quaedam con-  
ferenda peteret. **De induitione nouitiorum  
et instructione ipsorum. Capit: xlvi: ~**

**Q**uia uero ex puericia nouitiorum bona insti-  
tutione magnus puenit profectus, et ex negligenti-  
a magnam detrimentum: **Ad**circo nouitio commen-  
detur fratribus boni testimonij, qui custodiant, doceant  
eum Regulam, usum et disciplinam monasterij,  
qualiter ambulare, stare, sedere, et in omnibus signis  
humilitatis habere: **P**nterea sine licentia et alicuius  
sui magistri presentia, uel alterius de Conuentu ad  
huiusmodi deputati, nulli extraneorum loquatur,  
sub pena condigne emende. **I**n refectorio et in cho-  
ro sequens tractus sit paulisper, ut a fratribus uideri possit  
**F**requenter fratres ad eum consolandum per **P**relatum  
deputati mittantur, quibus et colloqui potest, ceteris  
fratres non multum se de Nouitijs intromittant, nec  
inquietent eum, nec de opere manuali, donec de precep-  
tis **R**egule, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus,  
de ordine

de ordine et ministerio sicut usq[ue] est in eodem monaste-  
rio sit bene erudito: Non expedit ut fratres novitius  
molestiam inferant, aut inquietos reddant. **P**rimo-  
dia enim conversorum, blandis sicut refouenda modis,  
ne si ab asperitati exterriti, ad priores seu peiores lup-  
sus proruant. **Q**ui enim conversum sine lenitate  
erudit, exasperare potius quam corrigere novit. **Q**uia  
omnis nova **C**onversio, pristinae adhuc vite, habet in-  
puritatis commixtionem. **P**ropterea nequaquam eoru[m]  
virtute procedere ad hominum orilas debet; donec con-  
versatio veteri fundito extirpetur: **Q**uando **N**ovitio in  
habitu suo probato placet pro habitu regionis supplica-  
re, dicat desiderium suum magistro suo, qui eum in-  
formet, quatenus tempore opportuno, **P**relatum in p-  
nato accedat, et coram eo super vni[us] genu[m] flexat. **I**us-  
sus vero surgere, ac quesito quid desideret dicat. **P**eto  
Admitti ad habitum probationis sancte religionis pu-  
re p[ro]pter Deum: **T**unc **p**relatus audiat eum de impedi-  
mentis supra mentionatis, ac rigorem observantiae decla-  
ret. **E**t si perseverat, dicat se deliberatum super hoc  
cum fra ..

cūm fratribz. **O**portuno autē die **P**reposito petiti-  
nem eiꝝ in capitulo proponat, inquirendo consensum fra-  
trūm: **E**t si non fuerit admissꝝ dicatur sibi modo con-  
uementi, et cūm omni pietate causa impediens eūm, et  
sic dimittatur: **S**i uero **P**relato et confratribz placet  
existentibz in capitulo, ut induatur, per magistrūm  
aduocetur. **I**ngressꝝ uero in mediūm capituli, toto cor-  
pore, expansis manibz super matam se in modis crucis  
prosteruat, et usqꝫ a **P**relato suscipere ac quesiti quid  
petat dicat. **P**eto indūm habitū probationis sancte re-  
ligionis pure ppter Deūm. **T**ūc **P**relaty eorum fratri-  
bus ad consuetudinem suam inquirent de impedimentis  
supradictis, demde aspera et dura onera religionis pro-  
ponat. **E**t si perseverauerit, confisꝝ de adiutorio dei, et  
fratrum orationibz: tūc usqꝫ exordiatꝫ ad modicum  
de capitulo, et **P**relatus quærat in communi, si occurrat  
aliquod impedimentū uel aliud ei proponendum, dein-  
de reuocetur, et **P**relaty ei consensum capituli aperiat  
videlicet, quia admittitur ad induitionem, et ueteriore  
probationem, et quod usqꝫ ad p̄fessionem liber sit ad ma-  
nēdum

nendum uel abeundum, et pari modo. **P**relatus et Con-  
uentus liber est, si eius conuersatio minus placuerit, uel  
impedimenta iam latentia in posterum manifestaret.  
**N**ouicius autem **R**ecipit ad induitionem, admonitus  
per **P**relatum, gratias agat omnipotenti deo, et sanc-  
tis eius, quorum adiutorio ad hoc propositum, emen-  
dandi vitam suam peruenit. **S**imiliter **P**relato et fra-  
tribus, iuxta modum sibi a magistro declaratum.  
**Q**uando induendus est **N**ouicius, procedenti die nudatus  
ad modum professorum, et sic nuditur cooperto capite in  
ecclesia et extra usque ad induitionem. **H**ic uero quo  
nouicius induitur, processionaliter ad Capitulum ve-  
niant fratres, nudati super hinc per choros stantes se-  
cundum ordinem, deinde **N**ouicius adducatur per ma-  
gistrum suum, et ante altarem se per modum crucis pfer-  
nat. **T**unc **P**relato incipiat **A**nthiphona. **V**eni Sancte  
spiritus: et chorus persequatur usque finem. **D**einde **P**re-  
lato subiungat. **V**. Emitte spiritum tuum et creabuntur.  
**D**reng. **D**. **I**ta qui corda fidelium sancti spiritus  
illustratione donasti, da nobis in eodem spiritu uita  
sapere

49

Sapere et de eis semper consolatione gaudere. **P**er choro  
**W**emum vestes p. clerico, superhicium, serrotium aper-  
tum, tunica alba, mitra pellicea, almutium situne de-  
fortur. **P**ro canuerso vero etiam psitente) tēmita alba  
pallium nigrum, scapulari nigrum de panno nigro et  
lanceo applicetur, quās **P**relaty aqua benedicta asper-  
gat ac thūrifiet, et eim vestibz secularibz exulat di-  
cens. **E**xuat te doming veterem hominem cum om-  
nibz artibz suis. **A**men. **D**einde induat eum vestibz  
rehoienis dicens. **A**ndnat te doming nouum homine  
qm secundum deum **G**raty est, in iusticia et sanctitate  
veritatis. **A**men. **Q**uo induto et coram se genuflexo te  
dicat. **D**oming vobiscum **O**remy. **A**desto dne sup-  
plicationibz nostris, et huic famulum tuum. **R.** bene..  
**+** dicere dignare cum in tuo sancto nomine habitum  
sancte religionis imponing ut te largiente et deuoty  
existere in ecclesia et vitam mereatur recipere eternam  
**P**er dm nrm **I**hm xpm filium tuum. **A**men. **D**einde  
**N**ouitio iterum pstrato dicantur psalmi per choros.  
**M**iserere mei deo, et **E**cce quam bonicem. **G**loria patri  
cum debi..

**G**

cum debitis paucis: **Kyrie: xpc. Kyrie:** Et ne nos in:  
**R** Saluum fac famulum tuum: Nihil proficiat mi:  
micis in eo: **Esto ei dñe turris fortitudinis. Dñe ex:**  
audi orationem meam. **Oratio. Deus indul:**  
**gentia pater** qui severitatem tue distributionis tem:  
peras ne filii portet iniquitatem patris, quibus in  
dispositione, etiam malis bene uteris et tue digna  
tionis gratiam per eos frequenter operaris, quesumus  
clementiam faciam, ut huius famulo. **N.** non obfi:  
stat quod habitum Religionis per nos, tanta ac tali  
re indignos suscipit, sed misterium quod per nos ex:  
teris exhibet, tu interis per donum sps sancti ex:  
quaris. **Per dominum nrm Xpm rñs** Quibus  
finitis, erigitur **Novitius** et ad locum in choro sibi  
deputatum per **prelatum** dicatur. **Or** usque frs  
cum cum charitate ut novum hominem suscipi:  
ant et **Deum** pro eo supplici rogamine intercedant.  
**Novitius** Sacerdos vel alias in sacris constitutus  
aut titulo magistratus insignitus, inductione reliq:  
uis habita per **prelatum** cum consensu aliquorum  
fratrum

50

fratrum loco sine ordine alijs etiam p̄fessis non in  
sacris constitutis p̄ponatur. In equalibz autem  
ordinibz gradibzq; constituti, locum et ordinem ubiq;  
seruent ut inditi sunt aut p̄fessi, nisi forte p̄ponēdy  
videretur virtutum et meritorum ratione. Posset e-  
nim persona tante sagacitatis et p̄minentie existere  
quod rationaliter aliquibz ordine et loco p̄pomen-  
dus foret. Si nouitig ante p̄fessionem inobediens  
aut incorrigibilis fuerit deprehensq; aut alias iniqui-  
tatem, dimittatur cum charitate, et dimissq; eadem  
die a conuentu separetur. Et si inditig fuerit habitu  
probationis exuatur et totaliter in capite radatur  
nisi fuerit religiosus aut alias in sacris constitutis.

**De professione Nouitiorum et modo p̄fitendi: ~**

**N**ouitig habita inditione **Cap: XLVIJ: ~**  
et probatione stare debet ad integrum annum  
nisi p̄lato et conuentu, ex causis rationalibz videatur  
tur abbreviandum. Summa tamen cum cautela caueatur,  
atq; ne quis infra medium annum ab inditione  
computatum ad p̄fessionem recipiatur: Expediit demig  
infirmar.

insiniare noñtio tempore noñtionis quod quāto tempore  
tempore in habitū noñtionū existat, nunquam  
se p̄fessim tēseat, sed liber sit ad exēndū uel  
remanendū, Simili modo et Conuentu ad eū  
recipiendū uel repudiandū. **A**ppropinquante  
tempore quo noñtiū p̄fiteri intendit, si receptibi-  
lis apparuerit, et in petendo, humili instātia p̄-  
fiterit, non prima uice, sed tertia, et constitutū  
dies, quā assumendū erit, seruentur tūc omnes ar-  
ticulorū quēstiones, ac ceremonie illę, quę in inducti-  
ōne etō facta fuerūt, nisi quōd modū petitionis  
sic mutetur. **P**eto p̄m̄ p̄pter Deū admitti ad ha-  
bitū sc̄te p̄fessionis: **C**umq; articulis ad con-  
scientiam p̄positis, nullū impedimentū legit-  
mū, constitutū dies Certū ad p̄fiteñdū sibi assig-  
netur et ex hinc cūcta necessaria adhuc doctūta  
quātoq; ordinentur. **P**recipue uero in formetur  
ut faciat confessionem generalem domino Plato  
uel cū ipse commiserit. **D**ie quo Noñtiū p̄fiteri  
fratres singuli ad 3<sup>as</sup> ad officium et Sextas sup̄linis  
utantur

utantur. **E**tiam situnc sit usq; Capparium. **S**imilitur  
et doming Plato hora deputata in dicitur superclacio  
et cappa chorali desuper. **V**estiarin exportet vestes,  
ponendo ante summum altare. **D**emide processionaliter  
conueniant omnes fratres ante summum altare sitq;  
ibi parata sedes et ornata supra quam sedens **P**laty:  
post offertorium summe misse, **V**omitiq; p magistru  
suum in vestib; secularib; precedentib; ministris al..  
taris et duob; ceroferarijs, ante medium altaris p di..  
catur, et ibidem in modum crucis pstrata cantetur  
**A**na. **V**eni sancte spiritus. **D**emide **P**ruulaty dicat  
**E**mitte spiritum tuum etc. **O**remus. **D**eus qui cor..  
da fidelium etc ut supra. **D**emide vestes benedicantur  
hoc modo: **A**dintorium nostrum in nomine dñi  
**O**remus. **D**eu bonarum virtutum dator et om..  
nium benedictionum largus infusor, exaudi preces no..  
stras, et has vestes quas famuly tuus **V**. pro..  
conseruando castitatis signo, se ad operendum ex..  
poscit **B**ene **F** dicere et sanctificare digneris. **P**ro..  
**x**pm dñm nrm. **O**remus. **D**omine **J**esu xpe  
qui te ..

quī tegimen nostrē mortalitatis in dīce dignatū es  
obsecram⁹ immensam tūc largitatis habundantiā  
ut hoc gen⁹ vestimenti, quōd Sancti patres ad innocentie  
et hūilitatis iudiciū renūciantib⁹ seculo ferre sup-  
erunt, ita bene **F** dicere digneris ut hic famul⁹ tūc  
te induere mereat⁹, quī cū Deo patre et spiritu san-  
cto iūis et regnas De⁹ p̄ omnia S̄. Amen. **D**einde  
Asservant⁹ aqua benedicta, quib⁹ benedictis, magister  
Novitiorū, faciat eū surgere et Prelatus exuat eū  
vestib⁹ suis, ut seculari habitū deposito ad christi se puri-  
tatem descendisse agnoscat dicens. **Exuat te Doming**  
**veterem hominem cū omnib⁹ artib⁹ suis. Amen.**  
**D**einde induat eū vestib⁹ Religionis dicens. **Audiat**  
**te Doming novum hominem, quī secundū Deū ora-**  
**tus in iusticia et Sanctitate veritatis. Amen.** Quib⁹  
finitis, novit⁹ flexis genib⁹ ante prelatiū sic p̄-  
fiteat⁹. **Ego frater. N.** promitto Deo et vobis patri  
**perpetuam Continentiam, Carentiam proprii et o-**  
**bedientiam, secundū Regulam sancti Augusti-**  
**ni et successorib⁹ vestris Canonice institūendis pro-**  
aeterna

52  
eterna vita, et centuplo. Quae uerba manu propria  
et carta per eum conscripta si scit scribere, ter dicat. Si uero  
laicus est et scribere nescit nec legere, alius pro eo Cartam  
scribat, et uerba professionis promissa aliquo in uulgari sibi  
intelligente ter dicat. Tunc penitente in oratio, fratres propinquos  
ut formam professionis audiant. Deinde professio in uocatio  
ante altare prostrato Cantetur Responsorius Regnum mundi  
et omnem ornatum regis cum Versu, et Gloria patri.  
dicatur psalmus Exuperat deus et dissipant, usque ad finem, cum  
Gloria patri. Quo finito professio surgat et tribus uer-  
bis dicat. Suscipe me deus secundum eloquium tuum et  
uiam, et non confundas me ab expectatione mea. **V.** Hic  
respondeant fratres. **Suscipimus deus misericordiam tuam**  
**in medio templi tui, cum Gloria patri.** Deinde iterum pro-  
strato professio, dicantur psalmi. **Magnus Dominus. Misere-**  
**re mei deus. Ecce quam bonum cum Gloria patri: Kyrie:**  
**Christe Kyrie: Et ne nos. Saluum fac seruum tuum, Mitte**  
**ei auxilium de sancto. Esto ei domine tuens fortitudinis**  
**Dñe exaudi orationem meam. Oratio. Deus qui non**  
**uis mortem peccatorum, nec letaris in perditione morientium**  
sed per

sed per penitentiam et emendationem vitam semper  
inquiris, te suppliciter exoramus ut huic famulatus  
**R**. secularibus artibus renuncianti large tue pietatis  
gratum infundere digneris, quatenus castris tuis misere  
ita tibi militando, stadium presentis vite percurrere va-  
leat, ut brauium eterne retributionis te donante percipiat  
**P**er xpm dnm nrm. **O**remus. **D**eus qui nos a se-  
culi vanitate conuersos, ad supernae uocationis accen-  
dis amorum pectoribus nostris purificandis illabere  
et gratiam nobis, qua in te psonerem infunde, ut p-  
tektionis tue presidio muniri, quod te donante pmissi-  
mus impleamus. **E**t nostre pssionis executores ef-  
fecti, ad ea que credentibus in te dignatus pmittere pla-  
uimus. **P**er xpm dnm nrm. **O**remus. **D**eus qui re-  
nunciantibus seculo mansionem paras in celo, dilata  
huius congregationis habitaculum temporale celesti-  
bus bonis, et presta: ut fraternae tenentis opage cha-  
ritatis, unanimes continentie precepta custodiant,  
sobrii, simplices et quieti, gratis sibi datam pssionis huius  
gratiam fuisse cognoscant, concordet eorum vita cum no-  
mine,

53  
mine ubi professio sentitur in opere Per dñm nr̄m r̄c̄. De. hic subrat  
inde **P**relaty domet p̄fessō coram se stanti communione  
societatem congregationis, dicens hanc orationem sancti  
**A**ugustini. Omnes quānūvis p̄ gratiam batizimī fratres  
simy in x̄p̄o et unūm patrem habeamy in celo, sicq̄ p̄ cap  
ta p̄t posūmy seruauerimy p̄culdubio, tūc maxime  
unimur, quādo orationibz et beneficijs inuicem inu  
cem copulamur, quemadmodū et primitiua ecclesia  
quibz cor unūm erat et anima vna, quorū accensi,  
plūres possessiones et rerū videntes, congregatis cum  
**M**aria matre Iesu x̄p̄i in unūm deferbant gaudentes  
quē Apli accipientes distribuēbant singulis, prout u  
m̄g eorū op̄ erat. Sicq̄ iste nihilominus deo in  
spirante eorū exemplo conuenty nostri optat iungi  
consortijs (**hic prelaty manūm capiti eiy inuonit dicens**)  
**A**ditico dāmy ei communionem et societatem inuendino  
bistam, quāntūm a domina posūmy mereri, et nostrū  
est largiri, quātēq̄ cum electis a remuneratore om  
nium bonorū valeat premia repromissa p̄cipere.  
**A**men. **B**enide datur ei osculūm pacis, postea ceteris  
fratribz

fratribus: Et si duo nominis vel plures simul p[ro]fiterentur,  
ille qui primus indutus est, leuat primo formam p[ro]fessi-  
onis, et p[ro] alio locum teneat. Si vero simul induti fuerint  
ille primo leuat, qui secundum Deum, moribus et vita ali-  
um precedit seu prellit: Si vero moribus et vita equales  
extiterint, quod raro contingit, Prelatus arbitretur.  
Sane si quis ad p[ro]fessionem recipiendam alibi prius p[ro]fessi-  
sus fuit, eius p[ro]fessio in capitulo recipietur, eo flexu  
et p[ro]mittente Prelato obedientiam et posteris eius Cano-  
nice intrantibus secundum Regulam Sancti Augustini  
et loci ordinem teneat iuxta p[ro]fessionem factam.

### De etate Ordinandorum Cap. xlvij

**F**ratres quondam non soli, sed cum magistro co-  
rum, aut alia maturo et discreto sacerdote, quem  
Prelatus ad hoc deputauerit, p[ro] custodia eorum ad  
ordines dirigendi sunt cum ad hoc p[ro] Capitulum elec-  
ti fuerint. In decimo octavo Anno ad Subdiaconatum  
in Vicesimo ad Diaconatum. In Vicesimo quinto ad  
Sacerdotium, et hoc si aliud legitimum impedimen-  
tum non obstitit e.

De hospitibus

54

**D**e hospitibus et alijs monasterium visitantibus  
ospites superuenientes benignè cap. xlix:  
ne suscipiantur, caritative tractentur.  
et omnes secundum suos status, congruo honore reueren-  
tur, precipue viri religiosi, qui causa edificationis adue-  
niunt: Et si congrue fieri potest in vestiaria habeant  
aliquè vestes, quæ hospitibus, precipue nostri ordinis con-  
cedi possint: Alieni hospites, etiam nostri ordinis, non  
statim ad refectorium mittantur nisi sint bene noti, aut  
eorum conuersatio probata: Si autem admittuntur ad  
manendum, admonendi sunt p̄ Decanum, ut p̄pter pa-  
cem eorum seruandam ad fratres, se importune non  
ingerant, sed si quid rationabiliter seruandum videbitur  
hoc Decano insinuare possunt: Et sicut tunc ordinatum  
fuerit, ita postea contententur. Qui uero seculo facerent  
et pacem turbarent, dimitti possunt quantoties. Qui  
ad quartale anni uel ultra, in conuentu permittuntur:  
Pœnitent se in Capitulo ante alios fratres, deinde statim  
exeat, accepta pœnitentia: Hospites qui visitare so-  
lent monasterium causa edificationis sic tractentur  
ut eorum

ut eorum fauor ad fratres et deinde ad deum uigent,  
ipsosq; ad colloquium fratrum, admittere possit. **Plac**  
si hoc iudicauerit expedire. **C**onsanguinei uero et fra-  
trum spicuitas fautores aduocentes, studiosiq; quum  
alij tractentur, secundum conditionem et statum eorum  
**M**ulieres officinas monasterij, fratrum habitacula in-  
gredi non pmittantur. **S**i mater soror uel alia con-  
sanguinea alteriq; fratris uel etiam alia femina adue-  
nerit, pmittatur ad colloquium eius sub testimonio al-  
teriq; fratris boni testimonij, sibi p; per prelatum aut  
Decanum adiuncti, in loco honesto et separato a con-  
uentu. **E**t si eis in aliquo sit p;uidendum, fiat illud p;  
procuratorem tali modo ne aliqua nota oriatur inde.  
**S**up; omnia r;u;e datur ne coram hospitibus fiant dispo-  
sitiones et inordinationes que non decent religiosos: **N**o  
nullo fratrum absq; licentia, ducat hospitem ad parti-  
cular colloquium extra conuentum. **De Carite-**  
**la adhibenda in concedendis libris Capitulum. 1.**  
**L**ibri Monasterij sicut nec alie res monasterij con-  
cedantur extraneis, nisi equiuales ipsorum loco  
uel aliud

55  
uel aliud competens vadium in librariam uel alium locum  
reponatur, uel nisi prelato uel cui ipse commiserit interdictum  
ex aliqua causa rationabili aliter uideatur faciendum: fiat  
quoque de personis quibus dicti libri fuerint commodati et  
librorum nominibus seu titulis memoriali scriptura que  
monasterio ad tempus restitutionis eorundem cum di-  
ligentia seruetur et hoc ne per obliuionem deperdatur.

**De sigillis Conuentus et fundi de depositis de pectunia et priuilegijs Monasterij et aliorum. Et de litteris**

**S**igillum conuentus, priuilegijs et depositis: a prelato, decano et duobus  
fratribus a conuentu electis, diligenter custodiantur. De-  
positum uero in tres aut quatuor clauaturas habeat, quatuor  
clauis teneant predicti prelatus, decanus et alij se-  
niores dno de conuentu: Ad uitandum autem dan-  
num et scandala, que propter abusum sigilli conuentus  
contingere possunt, uolumus quod conuentus uti suo si-  
gillo non possit, sine consensu suo prelati. Nulla etiam li-  
tera sigilletur sigillo conuentus, nisi prius lecta coram ca-  
pitulo fuerit, et ipsius copia fideliter reseruetur: **Similiter**  
littere

littere quæ Conuentui diriguntur coram Prelato et ca-  
pitulo legi debent, tamen Prelaty potest eadem ape-  
rire et prius legere coram duobus de Conuentu, si eas  
commode habere potest. Nullus etiam particularis fra-  
ter sine Prelati et Decani licentia litteras mittere p̄su-  
mat, nec sibi missas occulte, occultandi animo, recipere  
p̄t in regula continetur. Sed neq; Prelaty in r̄uissis  
magnis, videlicet in venditionibus, emptionibus, et mu-  
tationibus, commutationibus, in perpetuis locationibus bono-  
rum monasterij et similibus, suo sigillo utatur, nisi  
consensu Conuentus: Item si data uel legata fuerit ali-  
qua pecunia p̄ emendis redditibus, uel ad alios certos  
usus, siq; recepta fuerit talis pecunia, in usus alios mul-  
tatens expendatur: Deposita extraneorum cum reci-  
pienda fuerint, cum sufficienti cautela recipiantur.  
Sed ad minus duo de Conuentu sint presentes atq; p̄te-  
stantur commodeponente quod uelint custodire fide-  
liter: Sed si perderentur quod nec P̄positus nec Conue-  
tus ad restitutionem uelint obligari. Et qui in hoc  
non contentantur deponant alibi. Cum autem in  
hoc quis

56  
hoc quis contentatur possidet sibi prelaty a deponente li-  
terum recognitionis, ut sciat quid sit depositum et semper  
sciat deponentem sigillare deposita. Et talia deposita mu-  
thare uel expendere non presumat absq; consensu deponentis.  
Cumq; restituida fuerint deposita, similes cautela adhibe-  
antur, ne p; repetentes damna monasterio inferantur.

**De proprietatis vitis omnino in religione Casteda**

**Q**uoniam ut inquisitum vitium. **Cap: liij: 0**  
proprietatis rudicity in capite et in membris radia-  
tis amputetur, stricteissime struetur, ut nullg nec Platy  
nec quicunq; frater p; presenti aut unq; in futurum propin-  
uel penulium habeat, possideat, aut sibi appropriet bona quocunq;  
cunq; mobilia uel immobilia, ad ipsum hereditario iure  
devoluta uel devoluenda, data propinata, legata vel emp-  
ta sine quocunq; titulo ad ipsum uel monasterium pueni-  
entia, cuiuscuq; nominis, utilitatis aut necessitatis existant,  
sed omnia talia bona uel iura (ut prefertur) ad conlatu  
uel alium quemcuq; fratrem monasterij devenerunt uel  
deveniant in futurum, monasterio et communitati con-  
uenty redant. Et iam habita prelato et fratrib; sint com-  
munia

mūnia. **N**ec **P**relaty **p**resūmat sicut nec desine potest  
cūm aliquo fr̄e dispensare, ut aliquid propriū habeat uel  
possideat, et si dispensat, talis dispensatio de facta nullā ē,  
ut habetur extra de statu monachorūm: Cūm ad mona-  
steriūm: quia ut ibidem habetur, ablatio proprietatis  
cūt et custodia castitatis adeo amplexa est regule mo-  
nachali, ut contra eam nec summus pontifex possit  
licentiam indulgere, e hoc est verūm monachio ex veritate  
monacho. **R**ursum si aliquis fratrum: quod absit: de-  
prehensus fuerit, propriū uel pecūniū habere, man-  
feste uel occulte, grauit̄er p̄niatur. **E**t si in extremis  
cūm pecūnia uiuenty fuerit et digne non p̄mit̄erit, non  
fiat pro eo ablatio, nec inter fr̄s sed in sterquilinio  
accipiat sepulturam, et pecūnia sua senū sit in perdi-  
tione, ut mandat Innocentius 3<sup>us</sup>, **P**roinde Gregorius  
nono, mandat proprietarios bis in anno in capitulo ex-  
communicari. **U**nde ad Cauendūm tantūm malū in  
monasterio **P**laty frequenter p̄ se uel p̄ aliūm faciat ser-  
timūm in cellis et alibi p̄p̄uendo, ne aliquis fratrum intra  
uel extra cellam, cistam uel huiusmodi habeat seratum  
nisi de

57  
nisi de licentia **p**rolati. Et omnia que fratribus conce-  
duntur, ad usum sic reponantur ut in scriptis faciliter re-  
periantur.

**Sequitur de officialibus monasterij**  
**Et primo de Prelato. Capitulum liij.**

**P**relatus qui sancte et Canonice Congregationi  
preesse debet, studeat vita et doctrina clarescere  
ut eos quos suscipit, reverere verbo et exemplo  
valeat informare. Scire debet Prelatus quia locum Christi  
tenet in monasterio. Ad hoc exemplum studeat tenere  
vivendo, cuius in se magistratum suscepit regendo. Studeat  
moribus esse ornatus, actione precipuus, virtutibus pollens,  
regularibus disciplinis instructus, quatenus nomen et officium  
vita commendet. Et quas precedit dignitate ordinis  
studeat precedere sanctitate operis, ut virtute et opere sub-  
iectis suis cum Apostolo possit dicere. Imitatores mei esse-  
stote sicut et ego Christi. Caveat ne contra Canonice  
Regulam faciat aut doceat, nec de potestate ordinis se ex-  
tollat, nec pree gaudeat hominibus, sed pro deo, memor illius  
sententie quia dicitur. Quanto maiores humilia te-  
ni omnibus. Sic se sciat iudicem animarum ut sui iudice  
rogitet deum

**H**

rogitet deum

cogitet Deum. Sacre lectioni quantum potest incumbat,  
sanctorum patrum vitam attendat, quantum ex eis ad  
discat, quid agere, quid docere debeat, memoret verbi Apo-  
stoli. Argue, obsecra, increpa etc. Sicut peritus medi-  
cus ad varios corporis morbos curandos, diverso medica-  
mine utitur, sic cuilibet, quantum preceperit, congruam  
doctrinam remedium et tempore et etate exhibeat. Nam  
si sancte vivat, et tamen minus religiose viventes redar-  
tenter metuat, cum omnibus qui perveniunt eo tacite per-  
ibit: Debet Plato Vigilanti cura subditorum mo-  
res et actus corrigere, et sagaci sollicitudine vniquemque  
corrigendi studio prebere, quantum et suam animam libera-  
re, et alias quibus sibi commissis sunt Deo possit lucrifacere.  
Caveat ne suscepta onera aut cura proximis cor per digne-  
sa dixerit, ne cum foris per insolentem curam distrahatur  
a timore intimo evadit. Sic de spiritualibus cogitet, ne  
curam de temporalibus deserat. Sic de spiritualibus temporalibus  
curet ut spiritualibus non minuat. Sic sermo eius edificans  
vita inimitabilis. Sic charitate eminent, in formam  
solator, pauperum amator. Sic ferueat foris zelo iusti-  
tudinis

tudinis ut minuz distat a corde dulcedo charitatis.  
 Propterea non facilliter nisi ex magna et notabili causa  
 utatur istis verbis. Ego mando vel precipio p obedientia  
 uel in virtute obedientia, aut alijs similiy pter son  
 pilosus conscientias firm, multo uning Decang. Nec  
 Prelaty aut Decany iniungat taxatas penas generalit.  
 Sed si quis firm aliquem recessum seu negligentiam com  
 miserit p quo pclamaty fuerit, per prelaturam aut Deca  
 num, aliquam penitentiam sibi iniungat, iuxta modum  
 excessus uel negligentie. Quamobrem oportet ut cum  
 timore et tremore semper ambulet coram Dno. Si P  
 latus aliquid recipit uel expendit, de hoc faciat semel aut  
 bis in anno rationem det omnia exposita uel precepta ad  
 registrum suum et prioratoris conscribantur. Ad precau  
 dum autem iniustas vexationes monasterij et damna  
 nullo preposito arbitram causam absq Capitulo suo in se  
 assumat, aut fideiubeat, aut debita notabilia contrahat  
 uel clenodia, precarias, aut libros monasterij, aut impio  
 noret aut vendet, pro se uel alijs, uel bona immobilia uel  
 fructu, locat ad certas personas uel annos, nisi in quolibet  
 iam dicto

iam dictorum, quid faciendum sit, totius Capituli uel ma-  
ioris uel sanioris partis expressam sup hoc habuerit q-  
siliū et consensim. **R**es autem immobiles monaste-  
rii non vendat uel alienet a monasterio nisi secundum  
Canonicas sanctiones, quibz caretur, quod talia fiant cu  
licentia ordinarij et consensu Capituli. **R**ursz ut pla-  
ty pfectis ualeat sup ergem suū vigilare, debet et ip-  
se in communi dormitorio cellam inhabitare. **S**i causa  
rationabilem habuerit ipsa durante, potest extra refec-  
torium comedere, et cessante causa statim redire.  
**N**ec ppter hospites facile se absentent a conuentu frū  
nisi sint rari et notabiles. **M**inoribz autem et communi-  
bo hospitibz, interdum paritorem uel alium fratrem ad-  
iungat in mensa ut sic ipse in refectorio quietis persistat.  
**C**ommensationes, conuiuia, choreas et inuitationes, precipue  
mulierum et virginum ad eadem. **C**onuiuia, infra uel ex-  
tra septa monasterij a Domino preposito et alijs pfectis  
hūio loci, omnino fieri prohibent. **N**on tamen p hunc  
nostram prohibitionem intendimus potestatem Domini  
prepositi taliter restringere, quin seclusis omnino muli-  
cribus

59  
erbo honestas personas sibi monasterio, utiliter sermen-  
tes valeat ad domum, et mensam opportunis temporibus in-  
uitare. Porro **P**relaty diligenter seruet, et alios fratres  
seruiare faciat, ut non fiant sessiones nocturne post com-  
pletorium, aut bibitiones habeantur, nisi aliqua necessitas  
aut aduentus hospitum nobilium interdum aliud requirat.  
Nam si tempore post Completorium vigilijs inordinatis de-  
dicatus, amittitur fructus spiritualis, qui tempore sequenti  
nocturno et diurno fuit acquirendus. **P**enset ergo **P**re-  
laty, quantum omnis suscipit et in quanto periculo versetur  
qui de multis animabus cum sic redditum est rationem  
Domino Deo, non confidens in sensu suo, sed se et subditos  
in orationibus Domino deuote commendet semper, ut suo ad-  
iutorio et gratia viuere mereantur, quatenus ad celeste reg-  
num uakant peruenire. Amen.

### **De electione Prelaty. Ca. lviij.**

**P**reposito defuncto Decano uices gerat Prelaty  
in omnibus spiritualibus et temporalibus necessariis  
expediendis, secundum consilium sanctorum in Con-  
uentu, quousque alio Prelaty fuerit confirmatus. **Officiales**  
tamen

tamen mittunt aut alias nominatos facere non presumat.  
**S**epulto preposito Capitulum faciat statuta huius capi-  
tuli legere, dehinc tractaturi, quomodo et qualiter se  
futura electione tenere debeant. Unde quantumvis pote-  
runt, si eis videbitur expedire, mittent unum ex eis nota-  
biliorum ad ordinarium loci, de decessu sui pastoris in-  
simulantes et procuratorem fidelem et idoneum ad eos  
in civitate ad electionem necessarij dirigendos. Consiliu-  
m quoque et assistentiam ipsius domini Episcopi humiliter  
implorantes. **M**issus igitur frater a conventu si ali-  
quo modo fieri poterit, procuratorem seruum ad mona-  
sterium adducat, quo a Decano reverenter suscepto, ad  
Capitulum coram conventu ducatur, eiusque consilium  
et directio deusotig petatur, decretumque Basilien-  
sis concilii, si ille consulerit ad statim coram omnibus legatur.  
**S**tatuto itaque pie per electionem faciendam, vocatisque omnibus  
et singulis, qui de iure sunt vocandi, procedatur ad elec-  
tionem secundum preminatum decretum, et secundum quod  
ius Canonicum requirit, aut per scrutinium aut per compromis-  
sum, aut per communem inspirationem. **E**t de his dicit **quod**  
antig

centig extra de electione. Collige ergo, quod de Substantia <sup>60</sup>  
firmo adim predictur p scrutinium sunt ista. **Primo** q  
electores congregentur. **Secundo** quod aliqui scrutatores  
assumantur, et regulariter debent esse tres qui simul dunt  
uota singulorum in secreto exquirere. **Et primo** seipso  
pscrutabuntur, deinde alios singillatim et secreto exqui  
rere. **Et hoc** ut quilibet liberis dicat votum suum. **Quia**  
si fieret inquisitio votorum in publico, non valeret electio  
etiam si omnes consentirent. **Extra** eo in **Genesi**. Unde et  
requiritur tertio, quod secreto exquirat uota singillatim. **3**  
**Quarto** quod uota in scriptis redigantur, et hoc per nota  
rium uel quod melius est, unus de scrutatoribus scribat alijs  
uidentibus dominibus. **Et si quis** uellet contradicere stabit  
scripturae **Extra** de testibus. **Præterea**. **Quinto** quod **5**  
nota scripta mox publicentur scilicet in capitulo seu in  
loco ubi fit electio. **Nec obest** si in capitulo sunt aliqui  
extranei religiosi uel alij. **Sexto** quod **Collatio** habe  
atur saltem de numero ad numerum, quis sit maior. **6**  
**Quod** si omnes unum eligunt habenda e collatio. **Biali**  
quis est contemptus uel aliquis admittitur non vocatus uel  
de condi..

de conditione electionis secundum quosdam, si hic collatio ad  
mittitur, tenet electio, quoniam omnes unum eligunt, sed si non  
omnes unum sed diversas, et tunc facienda est triplex col-  
latio, scilicet numeri ad numerum, zeli ad zelum, meri-  
ti ad meritum, si tamen una pars eligentium sit duplo  
7 maior in numero, altera, non potest ei opponi de exten-  
sione zeli uel numeri extra eo. Si quoniam lib. vi. Septimo  
quod sequitur electio communis et fiat ab uno, uice om-  
nium eligentium illum nominatum. Et in numero eli-  
gentium non potest computari electio, quia nullus potest  
8 se elegere. Extra de electione. Octavo quod eligatur  
ille in quem maior et sanior pars consenserint. Et si ac-  
quiescerint omnes, tunc unus electorum pronuntiabit  
electum dicens. Ego talis uice mea et omnium electorum  
eligo talem etc. Si autem aliquis non acquiescerit dicit  
Ego talis uice mea et omnium aliorum qui mecum consen-  
siunt, eligo talem etc. Et nota quod electio facta qua  
dicitur formam. scilicet aliquid omissum est, irritatur et anul-  
latur. Quod si per viam facti scrutiniij nullus possit eligi  
puta, quia sunt in pari numero, potest procedi ad secundum  
et tertium

